# CONSPECTVS FORMVLARVM MEDICARVM,

EXHIBENS

# TABVLIS XVI.

*TAM* METHODVM RATIONALEM, *QVAM*
REMEDIORVM SPECIMINA,

EX

## PRAXI STAHLIANA

POTISSIMVM DESVMTA,

ET

## THERAPIAE GENERALI

ACCOMMODATA.

*AVCTORE*


D. JOANNE JVNCKERO,

PROF. PVBL. ORD. ET MEDICINAE PRACTICO
ORPHANOTROPHEI HALENSIS.


*EDITIO SECVNDA.*




*HALAE MAGDEBVRGICAE,*
LITTERIS ET IMPENSIS ORPHANOTROPHEI. MDCCXXX.

# CONSPECTVS
# FORMVLARVM
# MEDICARVM,
EXHIBENS
# TABVLIS XVI.

EX
# PRAXI STAHLIANA

# THERAPIAE GENERALI
ACCOMMODATUS
A
# D. JOANNE JUNCKERO,
PROF. ...



LITTERIS ET IMPENSIS ORPHANOTROPHEI, A. ...

# LECTORI BENEVOLO
## FELICITATEM.

AB eo tempore, quo CONSPECTVM MEDICINAE THEORETICO-PRACTICVM publici iuris fecimus, multi amicorum monuerunt, vt breuiores remediorum formulae conſcriberentur, atque opuſculo illi, per ſingulas morborum ſpecies adiungerentur. Putarunt enim, perpaucos artis medicae tirones ea potiri facultate, vt remedia ſimplicia in illo conſpectu a nobis commendata dextre & ad amuſſim componere poſſint. At horum tamen deſideriis primum fatales illos expoſuimus abuſus, quibus formulae medicae per tot ſaeculorum decurſus fuerunt expoſitae, & quod ſatius eſſet, plebeiae illi, noxiæ & calamitoſae empiriae ſubtrahere, quam quidem ſuppeditare nutrimentum. Verum enim vero id nobis reſponſi datum eſt: empiriam adeo inualuiſſe, vt ſi vel maxime formulas communicare recuſaremus, illam nihilo tamen minus talem, hoc eſt probroſam arti medicae, fore manſuram. Spem praeter ea fecerunt, haſce remediorum compoſitiones auertere quodam modo poſſe ſontica illa damna, quae a noxiis formulis, quarum fere innumerae per orbem oberrent, certiſſime inferuntur. Quae ratio quamquam eo animum flectere non potuerit, vt, quum ſecunda vice CONSPECTVS MEDICINAE ſub prelo ſudaret, formulas ſpeciales ſingulis morbis adponeremus, id tamen effecerunt, vt methodum rationalem conſcribere, formulis eamdem illuſtrare, atque THERAPIAE GENERALI eam accommodare decerneremus. Atque haec plurimorum teſtium inſtar eſſe poſſunt, animum noſtrum non fuiſſe, vt hae formulae ſimpliciter retinerentur, & in vſum practicum adſeruarentur, cui enim vſui tanta remediorum multitudo? quum longe pauciora ſufficere poſſunt. Quare eo tantum mens noſtra tendit, vt hiſce exemplis qualibuscumque monſtretur via, qua formulae per omnes, vt dicunt, *locos communes* THERAPIAE GENERALIS, ſint conſcribendae, imitandae & adplicandae. Ceterum minime diſſimulamus, quod vel ex his bona felicitate fieri poſſit ſelectus, cuius ope morbo adfectis conſulere & officio medico ſatisfacere queamus. Vale Dab. Halae Magd. die XXVII. Martii. A. M DCC XXIII.

# SERIES TABVLARVM.

TAB. I. DE FORMVLIS PRAESCRIBENDIS IN GENERE.
II. DE PVLVERIBVS.
III. DE PILVLIS.
IV. DE BOLIS.
V. DE ELECTVARIIS.
VI. DE TROCHISCIS.
VII. DE ROTVLIS.
VIII. DE MORSVLIS SEV TABVLIS.
IX. DE MIXTVRIS CONCENTRATIS.
X. DE POTIONIBVS.
XI. DE IVLEPIS.
XII. DE EMVLSIONIBVS.
XIII. DE INFVSIS.
XIV. DE DECOCTIS.
XV. DE BALNEIS.
XVI. DE TOPICIS, SEV EPITHEMATIBVS.

Vbi occurrunt

1. Fomenta ſeu fotus.
2. Cataplasmata.
3. Emplaſtra.
4 Linimenta.
5. Vnguenta.
6. Balſama.
7. Collyria.
8 Suppoſitoria.

TAB.

# TABVLA I.
## DE
# FORMVLIS PRAESCRIBENDIS IN GENERE.

*I. DEFINITIO.*

Praeſcriptio formularum eſt pars medicinae practicae, quae remedia ſelecta, probata & conuenientia pro morborum, ſexus, aetatis, aliarumque circumſtantiarum ratione prudenter combinare & debita methodo ordinare docet.

*II. SVBIECTA.*

1. Sunt omnia illa remedia, quae morbis & illorum ſymptomatibus opponuntur, ſeu vti Medici loquuntur, *materia medica* ex triplici regno deſumta.
2. De hac materia medica in therapia generali fuſius dictum eſt. Hinc non opus erit, illam hic repetere atque hunc tractatum praeter neceſſitatem augere; cum primis quia ſequente membro, quo de doſibus agitur, multa tam ſimplicia, quam compoſita repetenda veniunt.

*III. PARTES.*

Medicamentorum præſcriptio inuoluit quatuor partes ſic dictas cardinales, nempe *baſin*, *adiuuantem*, *corrigentem* & *conſtituentem*.

A. *Baſis* eſt pars principalis & primarium formularum medicamentum, quod intentioni Medici ſatis facit, & tanquam *indicatum indicanti* e diametro opponitur. De hac baſi ſequentia notentur.

1. Baſis modo vnicum medicamentum conſtituit, & tum *ſimplex* vocatur; modo plura continet, quo caſu *compoſita* audit.
2. Excludenda tamen eſt *multitudo* remediorum, baſin conſtituentium. Nimia enim haecce farrago non tantum pharmacopoeis moleſta eſt, & quaecunque alia ſubſtituendi anſam illis praebet, ſed &, quia diuerſi ſapores & odores hac ratione cumulantur, aegrotis nauſeoſa

euadit. Praeter ea Medicus non facile finem ſuum obtinet, dum tot heterogenearum partium ingredientia ſe inuicem deſtruunt, & longe alium effectum, quam qui reſpicitur, cauſſantur.

3. Baſis tanquam pars principalis reliquas minus principales partes *doſi qualitatis*, non ſemper autem *quantitatis* debet *ſuperare*.

B. *Adiuuans* dicitur, quod baſin adiuvat atque illius defectum ſupplet. Fit hoc

1. vel *ſtimulando*, e. g. quando reſina ialappae vel ſcammonei laxanti cuidam remedio, quod in operatione ſua ſegnius eſt, ſtimuli loco additur, vt virtus principalis, nempe purgatio augeatur.

2. vel *praeparando*, atque effectum baſeos facilitando. v. g. quando purgantibus, quae per ſe ſatis efficaciter euacuant, ſalia praeparantia & digeſtiua miſcentur, vt materia mouenda mobilis reddatur.

C. *Corrigens*, quod reſpicit

1. vel *ſaporem* nauſeoſum. Hic autem per talia remedia corrigendus eſt, quae operationem non impediunt, ſed aliquo potius modo eamdem promouent. Sunt eiusdem cenſus ſyrupi, emulſiones, ſaccharum.

2. vel *qualitatem* medicamenti *noxiam*. Huius modi corrigentia purgantibus potisſimum adduntur, vt draſtica illorum efficacia per illa infringatur, de qua re in therapia generali tabulis de *emeſi* & *catharſi* pasſim dicetur.

3. *Opiata* autem, & quae alia opus habent tali correctione, in officinis parata vtplurimum proſtant.

4. Corrigitur noxia qualitas

1) modo *inuertendo* & *immutando* medicamenti texturam & disiungendo particulas ſumme agiles a cohaeſione ſua, ſic v. g. ſalina corrigunt purgantia.

2) modo *viſcera defendendo* & *roborando*, vt noxae, a medicamento tali metuendae, auertantur. Sic e. g. aromata & alia carminatiua, purgantibus addita, ventriculum roborant & flatus in primis viis excitatos diſcutiunt.

D. *Conſtituens* vocatur etiam *excipiens*; quia *baſin*, *adiuuans* & *corrigens* excipit, atque formam medicamenti conſtituit. De hoc ſequentia notentur:

1. Excipiens ſemper ſit proportionatum ad baſeos *quantitatem*, & *qualitatem* excipiendam:

1) *Quantitatem* quidem, vt eo commodius miſceri posſint, & medicamentum in iuſtam formam redigi queat, e. g. ad *bolum* formandum ſufficiens quantitas excipientis conſervae vel ſyrupi praeſcribenda eſt. Sic potiunculae & decocta ſufficientem portionem aquae vel deſtillatae vel ſimplicis expoſcunt.

2) *Qua-*

1) *Qualitatem* autem, vt excipiens cum natura excipiendorum conueniat. Sic v. g. virtus purgans ſennae mediante menſtruo *aquoſo*, *ialappae* autem cum *ſpirituoſo* excipienda eſt.

2. Quando autem excipiens & excipienda disparis ſunt naturae, mediante quodam vniente coniungantur neceſſe eſt. Sic e. g. oleum terebinthinae, balſamum Peruuianum mediante vitello oui cum liquoribus aquoſis vniuntur.

3. Excipientia maiori ſemper doſi, quam excipienda, ſunt praeſcribenda.

E. Veteres quatuor hisce formularum partibus *quintam* partem addebant, quae *dirigens* ab illis vocabatur, quia reliqua remedia ingredientia & illorum effectum ad certas atque definitas corporis regiones dirigere debebat. Hoc dirigens a recentioribus parui quidem penditur, nihilo tamen minus locum habere poteſt in purgantibus, per *epicraſin* operantibus, e. g. quando in morbis capitis remedia cephalica, in vterinis hyſterica cum purgantibus miſcentur.

*IV. DOSIS.*

Notanda hic occurrunt

1. *Pondera*, quorum quinque hodie introducta ſunt:

1) *Libra Medica*, ℔ quae differt a ciuili, nam 12 vncias tantum continet. Haec autem differentia in nonnullis regionibus accurate non obſeruatur. Quando enim in formulis liquidis ℔j ordinamus, vel ſpeciebus infundendis menſuram definitam adiicimus. e. g. ſpecies mit ℔iij Waſſer zu infundiren, tum librae medicae raro attenduntur.

2) *Vncia* ℥. quae diuiditur in octo drachmas.

3) *Drachma.* ʒ. quae tres habet ſcrupulos.

4) *Scrupulus* ℈. qui viginti habet grana.

5) *Granum.* gr. quod pondere ſuo ad granum hordei circiter accedit.

De his omnibus ſequentia notentur.

a) Quando pondus aliquod determinandum eſt, tum numeri Romani adhibentur. v. g. ℔ iv. ℥vj. ʒiij. ℈ij. gr. xvi.

b) Nonnumquam haec pondera diuiduntur, & tunc ſignum ß, quod ſemis ſignificat, adponitur. v. g. ℔ß. ℥ß. ʒß. ℈ß. grß.

c) Non ſolemus praeſcribere ℈iß ſed ʒß, neque ʒiv. ſed ℥ß.

2. Nonnulli *alii modi*, quibus medicamentorum quantitas ſolet determinari, e. g.

1) *Manipuli*, quibus herbae ſiccae praeſcribuntur, e. g. Mj. i. e. quantum manu comprehendere poſſumus.

 2) Pu-

2) *Pugilli*, quibus flores praeſcribi ſolent, v. g. P j. i. e. quantum digitorum extremitatibus adductis capere valemus.

3) *Numeri*, quibus fructus praeſcribimus, e.g. caricar. No. iv.

4) Liquida nonnulla, praecipue olea deſtillata, *guttis* tantum praeſcribuntur, e. g. oleum lauendul. gtt. iij. cinnam. gtt. j.

5) Nonnunquam Pharmacopoei arbitrio relinquimus, vt quantitatem ſeu portionem medicamenti diiudicet, adiectis ſignis *q. s.* i. e. *quantum ſatis, quantum ſufficit.*

3. *Doſis generalis* reſpectu diuerſarum *aetatum.*

1) Vt conſtet ſummatim, qua doſi remedia tam cruda, quam praeparata ſumi debeant, ob differentis aetatis rationem, omnia in ſequentem tabulam memoriae cauſſa diſponere placet. Sit v. g.

Pro adulto - - - - - ʒj ſic erunt
- Iuuene ann. xiv=xxi. duae tertiae $\frac{2}{3}$ np. ℈ij.
- Adoleſcente - - vii=xiv. dimidiae $\frac{1}{2}$ ʒß.
- Puero - - iv=vii. tertia $\frac{1}{3}$ ℈j.
- Infante - iv - - quarta $\frac{1}{4}$ gr. xv.
- - - iii - - ſexta $\frac{1}{6}$ ℈ß.
- - - ii - - octaua $\frac{1}{8}$ gr. viii.
- - - i duodecima $\frac{1}{12}$ gr. v.

2) Notandum porro, quod ſubiectorum diuerſa conſtitutio hanc doſium proportionem augere vel minuere poſſit. e. g. dantur robuſti adoleſcentes, qui maiorem doſin, quam infirmi adulti perferre poſſunt.

4. *Doſis ſpecialis emeticorum*

1) *regni vegetabilis*, in quo occurrunt

a) *Radices*

1) *Aſari* ʒß=ʒj. decocti eius ℥j - ℥ij.

2) *Ellebori* albi, cuius extractum ad ℈j exhibetur.

3) *Ipecacuanhae* ℈j=ʒß.

4) *Squillae*, cuius oxymel infantibus ad ℥j. praeſcribitur.

b) *Folia*

1) *Gratiolae* ℈j=℈ij.

2) *Nicotianae*, cuius decoctum a ʒj-℥ß ſumendum.

3) *Sedi vermicularis* ʒß. decocti eius ℥ij.

4) *Sambuci & ebuli* folia prima, iuli dicta, decocti illorum aliquot vnciae propinantur.

c) *Flores*

1) *Jaceae* &

2) *Perſicae*, quorum ſyrupos infantibus ad ℥j. præſcribimus.

2) *Regni mineralis*

a) *Ex antimonio*

1) *Reguli* ℥ij medicinalis ℈j

2) *Florum* ℥ij gr. iv.

3) *♀ris* ℥ij gr. iv=vi.

4) *Vitri* ℥ij gr. vi=viii.

5) *Croci*

5) *Croci* metallorum *Rulandi* gr. vi = viii.
6) *Aquae benedictae Rulandi* ℥ß=℥j.
7) *Oxyſacchari* emetici *Angeli Salae* ʒij=℥ß.
8) - - - - - - *Ludouici* ʒij=℥ß.
9) *Syrupi rubi* idaei emetici ʒj=ʒij.
10) *Sapae vomitoriae Sylaii* ʒij=℥ß.
11) *🜿ri emetici* gr. iii=iv.
12) *☿rii vitae* (ex butyrò antimonii & aqua confecti) gr iii.
13) *Roſae* mineralis *Angeli Salae* eadem doſis.
14) *Infuſorum* ♁iatorum quorumcunque nominatorum ℥j.

b) Ex *Mercurio*
1) *☿rii praecipitati* rubri ſeu arcani corallini gr. iv v.
2) *Turpethi mineralis* gr. iii = vi.
3) *☿rii praecipitati* albi - ] hæc ad pauca grana.
4) *Auri vitae Kegleri* - ]

c) *Ex vitriolo.*
1) *⊕li albi* depurati ʒß.
2) *Gillae Paracelſi* ℈ij = ʒj.
3) *Salis* vitrioli ℈j.
4) *Mannae* ⊕li.
5) *Cryſtalli* lunae gr. iv.

5. *Doſis ſpecialis purgantium*
1) *Regni vegetabilis*
a) Acaciae florum infuſi ℥j.
b) Agarici ʒj = ʒij infuſi & extracti ʒß.
c) Aloës, gr. ii. iii. ℈j.
d) Bryoniae ʒij. infuſi ℥ij ſucci ℥j.
e) Carthami ſeminis ʒij.
f) Caſſiae fiſtulae ʒij=℥i in decocto.
g) Cataputiae gr. vi.
h) Centaur. minor. extracti ℈j = ʒß.
i) Colocynthidis ℈ß. extracti eius gr. iv=vi.
k) Cyclaminis ſucci ℥ß = ℥j.
l) Ebuli radicis ʒij. extracti ʒj.
m) Elaterii gr. iii = ℈ß.
n) Ellebori nigr. gr. iii = iv.
o) Epithymi infuſi ℥j = ℥ij.
p) Eſulae extracti. gr. ii=iii.
q) Gratiolae herbae infuſi ℥ß
r) Gummi guttae gr. v-℈ß.
s) Hermodactyl. radic. ʒij. extract. ʒj.
t) Ialappae ℈j = ʒß. reſinae eius gr. v.
u) Iridis Florent. ℈ß. gr. ii= iv. pro infantibus.
x) Iridis noſtratis radicis ʒj. infantibus gr. ii. iii.
y) Mataliſtae - - -
z) Mechoacannae ℈j. ℈ij. infuſi ℥ß.
aa) Mannae ℥i=℥ij.
bb) Mezerei ſ. laureolae.
cc) Myrobalanorum ℥ß = ℥j.
dd) Perſicarum florum conſeruae ʒj. pro infantibus.
ee) Polypodii radicis infuſi ℥ij.
ff) Pſillii ſemen - - -
gg) Rhabarbari ʒß=ʒj. extracti ℈=ʒß,

hh) - - Monachorum ℥ß.
ii) Rhamni ſolutiui ſeu ſyrupi domeſtici ℥ß-℥i.
kk) Ricini Americani ſeu granorum tilli - -
ll) vulgaris - -
mm) Roſarum pallidarum ſyrupi ʒiß-ʒij.
nn) Soldanellae - - -
oo) Scammonei gr. xv-℈j.
pp) Sennae foliorum infuſi ℥j. extracti ʒß.
qq) Squillae oxymellis ℥j. pro infantibus.
rr) Tamarindorum decocti ℥i-℥ij.
ss) Turpethi vegetabilis ʒß. reſinae eius. ℈ß. gr. xv.
tt) Terebinthinae ℥ß.

2) *Regni Mineralis*.
a) Auri fulminantis gr. I-viii.
b) Lapidis armeni - -
c) - - lazuli - -
d) Magneſiae albae ʒj-℥ß.
e) Mercurii dulcis ℈ß-℈j.
f) Nitri ʒj-ʒij.
g) Salis Anglic. ʒiij-℥ß.
h) Tartareorum ʒj-ʒij.

6. *Doſis ſpecialis alterantium* tam ſimplicium quam compoſitorum. Hanc exhibet ſequens ordo alphabeticus, de quo tamen notandum, quod multa ſuperflua, immo nonnulla inutilia eſſe cenſeamus.

1) *Aceta*, e. g.
Acetum bezoardicum.
- - roſarum.
- - theriacale.
- - prophylacticum *Sylvii*, *Weickardi*,
- - ſcylliticum. &c.

Haec pro *interno* vſu cum aquis deſtillatis diaphoreticis & alexipharmacis ad ℥ß, pro *externo* autem in epithematibus maiori doſi praeſcribuntur.

2) *Aquae deſtillatae*.
a) *Simplices*, e. g. florum acaciae, borraginis, bugloſſae, cardui benedicti, centaur. minor. cichor. meliſſae, ſcordii &c. Haec ab ℥j-℥iij pro doſi praeſcribuntur; in potiunculis autem ℥ij. ab aliis ℥iv. ℥vj. ordinantur.
b) *Spirituoſae*, e. g. aſthmaticae, Anhaltinae, carminatiu. cinnamom. cum vino cydoniorum cordialis, Reginae Hungariae, meliſſae vinoſae. Hae a ʒij-℥j. praeſcribuntur.

3) *Condita*, e. g.
Conditum calami aromatic.
- - carnis citri
- - corticum citri
- - nucis Indicae
- - zingiberis.

Horum doſis ʒj vel ʒij inuoluit. In bolis autem & *electuariis*, in quibus pro pluribus doſibus ordinantur, ℥j praeſcribitur.

4) *Conſeruae*, e. g.
Conſeruae acetoſae
- - anthos
- - citri cum pulpa.
- - meliſſae.

men-

- - menthae.
- - roſarum.

Hae in bolis ad ʒj. in *electuariis* autem ad ℥j praeſcribuntur.

5) *Cortices*, e. g.
Cort. aurant.
cappar.
caſſ. chin.
citr.
guaiac.
tamariſc.

Horum doſis eſt ʒß. in *infuſis* autem & decoctis ʒiß.

6) *Electuaria*. e. g.
Elect. diacori, confectio alkerm. completa, & incompleta, diacitri, diaſcordii *Fracaſtorii*, de hyacyntho, mythridatii, theriacae, horum doſis eſt ʒj - ʒiß.

In *clyſteribus* autem electuarium de baccis lauri, benedicti laxatiui, diacolocynthidos, confectionis *Hamech*, hierae picrae; diaprunorum ſolutivorum ab ℥ß ℥j. praeſcribuntur.

7) *Elixiria*. e. g.
Elixir. propr. *Paracelſi*., vterin., viſceral. Haec a gtt. 30-50. propinantur.

8) *Eſſentiae*, e. g.
abſinth. gtt. XL - L.
myrrh. } gtt. XX - XXX.
ſuccin.
ambrae }
caſtorei } gtt. X - XV.
opii }

9) *Extracta*, e. g.
abſinth. }
acor. }
cent. min. }
cochlear. }
enul. } Doſis ℈ß - ℈j in forma pilularum.
fumar. }
gentian. rubr. }
tormentill. }
croci }
theriacae caeleſt. } gr. III - V.
laudani opiati. }

10) *Feculae*
ari } gr. XV - ℈j.
bryoniae }

11) *Flores*
acac. anth. ☉ant. bellid. borrag. bugloſſ. chamomill. lauend. lilior. alb. melilot. papauer. errat. tunic. verbaſc. violar. doſis P. iij. vel Mß.

Flores benzoës gr. IV - ℈ß.
antimon. gr. XII. quae in vini ℥ij per 12 horas infunduntur.
ſalis armoniac.
ſulphuris gr. V - ℈ß.

12) *Fructus*, e. g.
caricarum, dactylorum, prunorum, ſebeſt. No. ij - IV. in decocto paſſul. min. iuiubarum, tamarinth. ℥ß - ℥ij in decocto.

13) *Gummata*, e. g.
ammoniac. carannae, galbani, hederae, iuniperi.

Haec in vino vel alio adpropriato liquore ſoluta & in pilulas redacta ad ℈j praeſcribuntur.

14) *Her-*

14) *Herbae*, e. g.
abſinth. card. bened. centaur. min. hyſſop. meliſſ. ment. criſp. milleſol. pulmonar. ſalu. ſcabioſ. veronic. virg. aur. Mß-Mj-ij in infuſo & decocto.
*Quatuor emollientes*, nempe
altheae, bethae, maluae, violarum ] Mß in clyſteribus, in balneis Mij & plures.
Cochleariae, bellid. chaerefol. naſturt. petroſel. pimpinell. Hae recentes in iuſculis comeduntur, & proportionate ordinantur.

15) *Iulepi*, e. g.
gemmati completi, - - incompleti ] ʒij - ℥ß.
roſarum, violarum ] ℥ß - ℥j.

16) *Lapides*, e. g.
Lap. bezoard. orient. gr. iv - ℈ß.
- - - occident. ℈ß - ℈j.
- pretioſ. fragm. gr. vi. - ℈ß.
] in ♀ibus & potiunculis.
- Cryſtall. mont. ʒß.
- - hæmatit. gr. xv - ℈j.
- cancror. ℈j.
- percar. ℈j - ℈ij.

17) *Ligna*, e. g.
Ligni aloës in ℨere ℈ß. ℈j.
iuniper, quajac. Saſſafras. Sandal. ] ℥ß - ℥j. in decocto.
Rhodii ʒij ad gratum odorem conciliandum in decoctis.

18) *Liquores*, e. g.
Liquor terræ foliat ♀r. ] gtt.
- nitri fixi ] xx.
oo ♀ri per deliquium ] xxx.
Liquor CC. ſuccinat. gtt. xii.

19) *Loch, linctus, eclegmata*, e. g.
Loch ad aſthma
- de farſara s. tuſſilagine
- de pulmone vulpis,
- ſanum & expertum.
Doſis, quantum cultelli cuſpis capit, in electuar. autem ℥j.

20) *Magiſteria*.
Horum loco rectius pulueres, e quibus illa praeparantur, præſcribuntur.

21) *Olea*
a) *Cocta & expreſſa*, e. g.
Oleum amygd. amar.
- dulc.
abſinth.
aneth.
chamomill.
hyper.
lilior. alb.
lumbr. terr.
momordic.
nucl. perſic.
nymph.
ouor.
roſarum.
ſcorpion
verbaſc.
] Doſis eſt ℥ß, in linimentis autem & vnguent. ad ℥j. haec olea præſcribuntur.
nucis moſchatæ in linimentis & balſamis ʒj.
b) *deſtillata*, e. g.
abſinth.

abſinth.
aneth.
anis.
anthos.
carui.
cariophyll.
cinnamom.
citri.
fœnicul.
lauendul.
macis.
maſtich.
maioran.
nucis moſchatae.
ror. mar.
rutae.
ſuccini.

Haec olea ex aromatibus parata a guttis tribus ad ℈ß. Reliqua vero a ℈ß - ʒß & amplius in balſamis & linimentis praeſcribuntur.

22) *Pilulae*, e. g.

Pil. de aloë roſata & violata.
de ammoniac.
angelic.
cephalic.
de ſuccino *Cratonis*.

℈ß - ʒj.

23) *Pulueres*, e. g.

♁ bezoard. *Ludouici*.
- - - *Wedelii*.
- cachectic. *Ludouici*.
- - - - *Quercetani*.
- dyſenteric. *Crollii*.
- *Haly* contra phthiſin.
- Panonic. rubr.
- ſtomachic. *Birckmanni*.
- ſtrumal.

gr. xv - ʒß.

24) *Radices*.

acori
altheae.
5. aperientes nempe
apii, aſparagi, fœnicul. petroſel. ruſc.
ari.
biſtortae.
chinae.
contraieru.
dictamni alb.
gent. rubr.
irid. Florent.
liquirit.
pimpinell. alb.
pœoniae.
polypod.
ſarſaparill.
valerian.

Doſis ʒij - ʒvj in infuſis, nonnullae in puluere amuleti loco.

25) *Rob*, e. g.

berberum.
ceraſor. acid.
cynosbati.
ebuli.
iuniperi.
ribium.
rubi idaei.
ſambuculae.

ʒj - ʒij & amplius praecipue in iulep.

26) *Salia*.

1) *Fixa*, e. g.

⊖ abſinth.
cardui bened.
centaur. min.
geniſt.
tartari.

℈j - ʒß.

2) *Volatilia*.

⊖ volat. C. C.
ſuccin.
viper.

gr. IV - ℈ß.

3) *Neutra*.

arcan. duplic.
♀. ⊕lat.
ſal. polychr.
♀. ſolub.
terra foliat.
} ℈j-ʒj.

27) *Semina*, e. g.
ſemin. calida mai. & min.
4. *maior.* nempe
anis.
cardam.
cumin.
foenicul.
4. *minor.*
ammios.
apii.
carui.
dauci.
4. frigidor. maior. & min.
*maior.* nempe
citrull.
cucumer.
cucurbit.
melonis.
*minor.* nempe
cichorei.
endiv.
lactuc.
portulac.
cicer.
cinn. ſ. ſantonic.
coriandri ppt.
citri.
lini.
foenu graec.
galegae.
hyoſciam.
papav. viol. ſinapios.
} Interne & externe in emulſionibus, ℥ibus &c. vſurpantur. Hinc etiam doſis quam maxime variat.

28) *Species*,
1) *cordial. temperantes*
diambræ.
diamoſch.
contra apoplex.
de hyacinth.
dia-cinnam.
imperatoriae.
dia-ireos ſimpl.
diamarg. calid.
diarhodon abbat.
tragea aromat.
} Doſis a ℈ß-ʒß repetitis vicibus.

2) *pro decoctis.*
Spec. pro potu ordinar.
- pectoral.
- florum & fructuum antifebr.
} ℥j-℥ij ad menſur. vnam liquoris.

carminativ.
emollientes
lenit.
} in clyſteribus man. 1. ad ℔j. liquoris.

29) *Spiritus*, qui ſunt
1) *acidi*, v. g.
Ω. ⊕ri.
- ⊕li.
- ⊖is comm.
dos. gutt. v-viii-xii.
clyſſus ℥ij ℈ß-℈j gutt. x-xx.
Ω. ♀ri
- mannae
} gutt. xxx-xl.
Ω. ⊕i dulc.
- ⊕li dulc.
- ⊖is dulc.
} gutt. x-xx.

2) *vrinoſi*, e. gr.
Ω. ⊖ armoniac.
- c. c. quamuis hic proprie non ſit vrinoſus.
Ω. lumbr. terreſt.
Ω. vrinae.
} gutt. xv-xxx.

3) *Fermentati*, e. g.
⏝ cochlear.
- fragor.
- florum ſambuc.
- lilior. conuall.
- roſarum.
} gutt. xxx-xl.

4) *Abſtracticii & cum* ∇S*i parati*, e. g.
⏝ aniſi.
baccar. iunip.
ceraſorum nigr.
formicarum.
lauendul.
liliorum conuall.
maſtichis.
} ʒj. ℥ß.

30) *Succi inſpiſſati*, e. g.
Succ. abſinth.
acaciae.
de agreſta.
berberum.
citr.
cydon.
fragorum.
granator.
mororum.
ribium.
} ʒj ℥ß vti rob.

31) *Summitates herbarum.*
Harum doſis cum ipſis herbis conuenit.

32) *Syrupi*, e. g.
Syr. acetoſae.
acetoſellae.
acetoſitat. citr.
abſinth.
althaeae
bellid.
berberum.
card. bened.
ceraſor. acid.
chamomill.
cichor. c. rhabarb.
cinnamom.
contraierv.
cort. ☉ntior.
- citri
flor. acaciae.
- granat.
heder. terreſt.
papauer. errat.
roſarum.
ſcabioſ.
de ſymphyto *Fernelii*.
violar.
} ʒij-℥ß & ℥j. in potiunculis.

33) *Tabulae ſeu morſuli*, e. g.
Tab. diaireos ſimpl.
diamargarit. frigid.
manus Chriſti ſimpl. & perlatae, ſeu ſacchari perlati.
imperator.
ex ſucco berberum
- citri.
- violar.
contra vermes.
} ʒj-℥ß

34) *Terrae & iisdem adfinia alcalina*, e. gr.
Terra ſigillat. Sileſ. rubr. & alb.
Lemnia.
Iaponic. ſeu catechu.
bolus armena.
chelae & oc. ♋
C. C vſtum.
- philoſophic.

cranium huma-num, | ℈ß-℈ij.
corall. rubr. ppt.
cryſtall. mont.
croc. ♂tis.
dens apri
- hippopot.
mandibul. lucii piſc. Hechts-Kiefer.
matr. perlarum.
oſſ. ſepiae Fiſch-Bein.
vnicorn. foſſile
- - vſtum
vngul. alc.
antihecticum *Poterii.*
antimon. diaphoret. | ℈ß-℈j
bezoard. mineral.

35) *Tincturae*, e. g.
Tincturae ♃ij
aperitiuae *Moebii*
bezoard. *Wedelii*
coralliorum
cort. ☉nt.
- citr.
♂tis aperitiu. *Ludouici*
⊖is ♀ri
♀ris. | gtt. xxx-xL.

36) *Trochiſci*, e. g.
Troch. becchici alb.
- - - gryſei
- - - nigr.
- - - rubr.
- de Gall.
- moſch.
- pectoral.
- ſublinguales. | No. I. II. detinentur continue in ore, vt ſenſim liqueſcant & deglutiantur, alias ab ℥ß ad ℥j praeſcribuntur.

37) *Vnguenta*, e. g.
Vnguent. Ægyptiacum ſimpl. & compoſit.
alabaſtrinum
ad ambuſta
album camphor.
de althaea
anodynum
apoſtolor.
de arthanita
digeſtiv.
de linaria
nihili ad ocul.
diapompholygos, ſeu nihili dicti
populeon.
pomat.
roſat. ſimpl. & camph.
neruin.
rubr. *Wurzii*
virid. potab. | ℥ij-℥j.

38) Tandem de OPIATIS ET CROCATIS nonnulla ſunt adiicienda. Horum enim, praecipue opiatorum, doſes debent eſſe adcuratiſſimae & omni circumſpectione definitae. e. g.
opii cydoniati & fermentati doſ. gr. I.
laudani opiati gr. II.
- hiſterici gr. III.
MP. de cynogloſſ. gr. I-III.
Tincturae opii c. octuplo Vi parat. gtt. I.
croc. orient. ♃iſ. ℈ß.
extr. croc. gr. v.
Tincturae croc. gtt. xxx.

39) *Nonnulla medicamenta*, ideo.

quod *cariora* ſunt, minori tantum doſi praeſcribuntur, e. g.

margarit. orient.
lapis bezoard. orient.
bezoard. ſolare.
ambra.
moſchus &c.

Niſi enim pretium obſtaret, eandem cum aliis doſin poſſent habere.

### V. *ORDO FORMVLARVM ET ALIA REQVISITA GENERALIA.*

1. Auctores quia maxime inter ſe variant, certae quidem regulae de ordine remediorum non poſſunt dari, ſequentia tamen vulgatisſimi ſunt vſus.
   1) Quæ maiori doſi praeſcribuntur, illa remedia reliquis præponuntur, nullo habito reſpectu ad *baſin*, num ſcilicet primo loco vel alio ponatur.
   2) Sic v. g. in potiunculis, electuariis, & bolis aquae & conſeruae, quae tanquam *excipientia* maiori doſi praeſcribuntur, primum in formula occupant locum.
   3) In *emplaſtris* autem & *morſulis excipientia* reliquis poſtponuntur.
   4) Hoc etiam obſeruatur in *decoctis* & *infuſis*, quorum reliqua ſequente ordine ſolent praeſcribi:
      a) radices
      b) herbae & ſummitates
      c) flores
      d) ſemina & fructus
      e) cortices.
   5) In infuſis autem laxantibus laxantia & digeſtiua remedia vltimum occupant locum.
2. Ad requiſita generalia pertinet etiam *proportio* ingredientium, nempe *baſeos*, *corrigentium*, *adiuuantium*, & *excipientium*, e. g.
   1) In *infuſis* & *nodulis* proportionata debet eſſe quantitas *excipientis*, vt virtus medicamentoſa ſufficienter extrahi poſſit.
   2) In electuariis ſufficiens debet adeſſe quantitas *conſeruarum* & *ſyruporum*.
   3) In potiunculis aquae deſtillatae ℥j pulueris ℈j aut ʒß. ſyrupi vero ʒ circiter addenda eſt. Sed de his ſuo loco ſpecialius dicemus.
3. *Signum*, quod in frontiſpicio formulae occurrit, pro Medici lubitu variat. Alii enim ſigno † alii ÷ alii JJ. vtuntur.
4. *Characteres*, quibus certa remedia deſignantur, ſuo loco quaerendi & diſcendi ſunt.
5. In plerisque formulis pharmacopoeo præſcribimus methodum, qua praeparationem medicamenti inſtituere debeat, e. g. quae formulae per ſimplicem fiunt mixtionem, vti potiunculae, mixturae, pulueres, illarum fini adponitur lit. M. quod ſignificat miſce. Vbi vero prolixiori opus eſt praeparatione, plura adponuntur; id quod ſuo loco indicabitur.

6. Sub finem formulae adiicimus etiam monitum *ad pharmacopoeum* de capſula, vaſe, &c. e. g. d. ad Ch. i. e. detur ad chartam; d. ad Scat. d. ad oll. d. ad w. d. cum pertinentibus, quod monitum in primis reſpicit clyſteres, quando pharmacopoeus iubetur dare ſyringam, veſicam, aut alia ad iniiciendum clyſterem neceſſaria inſtrumenta.

7. *Signatura Germanica* formulam claudit. Deſcribitur in illa modus vtendi, de qua quidem re ſequentia obſeruanda ſunt:

1) *Nomen* medicamenti, vbi reſpectum habemus a) modo ad ipſum morbum, b) modo ad locum adfectum, c) modo ad formam medicamenti e. g. Stein=Pulver, Magen=Eſſenz, Haupt=ſtärckendes Pulver ꝛc. d) Vitetur autem vbique abuſus ille vulgaris, qui viliſſimas quoque formulas pompoſis titulis ornat, e. g köſtliches Hertz=verwahrendes Pulver, güldenes Hertz=Pulver.

2) *Doſis*, quae neceſſario addi debet, ne error ab aegrotis in adſumendo committatur. Vnde formulis ſubiicitur: ſignetur Megen=Eſſenz, davon täglich 3. mal zu 40. Tropfen zu nehmen.

3) *Tempus*, quod interdum etiam additur. e. g. Morgens 1. Stunde vor dem Eſſen, um Schlafens=Zeit, oder: alle 2. biß 3. Stunden davon zu nehmen.

4) *Vehiculum*. Huius etiam interdum mentio fit. e. g. in warmer Brühe, in einem Löffel voll Wein, in einem Schälchen Coffee zu nehmen.

5) *Regimen*, quod eum in finem ſubiicitur, vt medicamenti actio promoueatur, v. g. Worauf ein oder zwey Stunden zu faſten, eine Stunde unter mäßiger Bedeckung ruhig zu liegen.

6) Reliqua vero, quae regimen concernunt, locum tantum habent in praeſcriptionibus illis diffuſioribus quas vulgo: den Bericht, vocant, quasque abſentibus communiter transmittimus; vbi adhuc notandum, quod ſi plura transmittantur remedia, illa plerumque vel litteris A. B. C. vel numeris 1. 2. 3. notari ſoleant, ad errorem effugiendum. e. g. Von beykommenden Waſſer mit A. bezeichnet, nimmt der Patient alle 4. Stunden zwey Löffel voll.

## *VI. REGVLAE GENERALES.*

1. Antiqui ſimplicibus contenti erant medicamentis. Notum enim eſt, quod non tantum *Hippocratis* & *Galeni* temporibus, verum etiam aliquot ſeculis poſt illos de formulis ſpecioſis ac diffuſis altum fuerit ſilentium.

2. Hodie

2. Hodie autem formularum conſcribendarum artificium, abuſui & vanitati multum expoſitum eſt, dum ingens farrago ad oſtentationem. & vanam gloriam, immo lucri cauſſa in vnum aceruum congeritur.

3. Mittimus autem hunc abuſum, & de re ipſa profitemur, quod ad diuinae ſapientiae ſpecimen omni iure referendum ſit, quando quispiam tali iudicio & experientia praeditus eſt, vt remedia probata ſeligere, & pro morborum ſubiectorum atque reliquarum circumſtantiarum diuerſis rationibus prudenter & concinne combinare poſſit.

4. Eſt autem formularum ſpeciale ornamentum *breuitas*. Hinc Medicus formulas longas, quantum fieri poteſt, euitet. Quando autem in huius tractatus formulis prolixitas paſſim occurrit, conſiderandum omnino eſt, quod *methodi* cauſſa hoc factum ſit, non vt promiſcue retineantur, ſed ſeligantur.

5. Sic etiam *variatio* medicamentorum frequens quouis modo fugiatur. Haec enim vel inconſtantiam, vel imperitiam, vel iactantiam, vel plane auaritiam indicat. Excuſant autem variationem, quando praecipue in morbis chronicis, ad patientis ſenſum & captum nos formare cogimur.

6. In praeſcribendis formulis talia remedia in vſum trahenda ſunt, quorum conſiſtentia conſpirat, & quae ſe inuicem non deſtruunt.

Hinc opus eſt, vt eorum, quae coniungere volumus, mutuam habitudinem ſatis exploratam habeamus, alias per contrariorum talium coniunctionem ſperatus effectus impeditur. Contingit hoc facile, exempli gratia, quando acida alcalibus & abſorbentibus, reſinoſa, quae facile praecipitantur, pure aqueis miſcentur.

7. Excipiendae autem ſunt tales formulae, in quibus contraria talia *conſulto* combinantur, vt tertium quid inde emergat; id quod ſolemne praecipue fuit *Syluio*, qui formulas egregii vſus ex aquis deſtillatis, aceto & oculis cancri aliisque alcalinis concinnauit.

8. *Obſoleta* remedia, parum vſualia & maxime ingrata Medicus non praeſcribat.

9. Non trahat in vſum remedia *pretioſa*, quando minus pretioſis eumdem commodum & ſecurum effectum poteſt obtinere. Neque etiam exotica noſtratibus remediis vbique praeferantur. Datur autem nonnumquam occaſio excipiendi, videlicet quando magnates & diuites remedia, quae minoris pretii ſunt, adſpernuntur & pretioſis curari malunt.

10. *Noua* & experientia nondum pro-

probata remedia, nemo facile praeſcribat, niſi qui iudicio discretionis ſatis praeditus eſt.

11. In caſibus *dubiis* vel nulla vel leuia tantum medicamenta præſcribenda ſunt. e. g. quando non ſatis conſtat, num intumeſcentia abdominis in feminis maritatis pro hydrope vel pro grauitate declaranda ſit. Si enim grauiditas eſſet, & remedia hydropica propinarentur, abortus produceretur.

12. Remedia *draſtica* in vſum non trahantur, quando mitioribus res peragi poteſt.

13. Vbi natura *ſola* morbum profligare poteſt, remedia non praeſcribantur.

14. Subiectorum *temperamentum* & *vitae genus* in praeſcribendis formulis bene perpendendum, & explorandum ſimul, qualia remedia optime perferre poſſint patientes. Satius enim eſt nullum quam tale medicamentum, a quo natura abhorret, propinare.

15. Remedia *generoſa*, quae cum impetu quodam agunt, ſubiectis debilibus & ſenſibilibus non ſunt ordinanda.

16. Remedia ad *morbum* ipſum, non autem ad quoduis *ſymptoma* praeſcribenda ſunt. Quando autem ſymptomata grauiter vrgent, ipſa neceſſitas hanc legem frangit.

17. In caſibus *deſperatis* & *conclamatis* medicamentorum vſus non plane negligendus eſt, ne aegrotum deſeruiſſe videamur. Licet enim morbum ipſum debellare non poſſimus, ſymptomatibus tamen mitigandis intenti eſſe debemus.

18. Non eſt neceſſe, vt formulae de *triplici regno* ſemper conſtent, neque vt ex *vno* tantum congerantur.

19. *Suaueolenta* & *inodora* praeſerantur foetidis & nauſeoſis, ne cardialgia vel plane vomitus excitetur.

20. *Color* turpis, quantum fieri poteſt, fugiatur. Abſit tamen luſus puerilis in coloribus per folia auri conciliandis.

21. Summa totius negotii eo redeat, vt in praeſcribendis formulis viam *tutam*, &, quantum fieri poteſt, *iucundam* etiam & *breuem* eligamus.

22. Reliquae cautelae, quae indicandae eſſent, *in conſpectu medicinae practicae* videri poſſunt.

TAB.

# TABVLA II.
## DE
# PVLVERIBVS.

*I. DEFINITIO.*

PVluis eſt medicamentum ſiccum, quod vel ex vno tantum ſimplici ingrediente, vel ex pluribus talibus comminuendo & miſcendo paratur.

*II. DIFFERENTIA.*

Pulueres differunt

1. ratione *praeparationis*, cuius reſpectu
   1) alii ſunt *grosſi*, qui groſſo tantum modo, contuſi ſunt, & *trageae*, german. Treſenetten vel Pfaffen=Futter vocantur, e. g. *tragea groſſa cum tabulatis*, *tragea aromatica*; item grosſi illi pulveres, qui externe adplicantur.
   2) Alii *mediae* ſunt *ſubtilitatis*; e. g. *ſpecies imperatoriae, diacinnamomi, diarrhodon Abbatis*, *puluis ſtomachicus Birckmanni*.
   3) Alii ſunt *ſubtiliſſimi*, qui in pollinem impalpabilem, quem vulgo *alcohol* vocant, rediguntur. Huc pertinent illa, quae *praeparata* vocantur, e. g. *oculi ♋ ppti*, *conchae pptae*, *mater perlarum ppta*, *magiſterium corallorum*, & quae alia per chemiam in talem pollinem rediguntur. Spectant etiam ad horum cenſum pulueres illi ſubtiliſſimi, qui oculis mediante calamo inſperguntur, & *collyria ſicca* aut *Sief oculorum* vocantur.
2. Ratione *vſus*.
   1) Alii enim *interne* propinantur.
   2) Alii autem *externe* adplicantur, e. g. pulueres *ſliptici chirurgorum*, *exſiccantes*, *collyria ſicca*, *tumores inflammatorios diſcutientes*, *ſternutatorii*, *dentifricii*, reliqua.
3. Ratione *temporis*, quo reſpectu
   1) *officinales* vocantur, qui in phamacopoeis compoſiti iam proſtant, e. g. puluis *ſtomachicus Birckmanni*, puluis *Cornachinus*, *ſpecificum ialappae*.
   2) *magiſtrales* autem dicuntur, qui ex tempore a Medico tamquam *Magiſtro* praeſcribuntur.

*III. MATERIA.*

1. Pulueres, qui interno vſu veniunt, commodiſſime parantur ex praeparatis terreis, antimoniatis fixis & aliis metallicis. Porro ex ſalibus mediis & nitroſis. Quae vero incommoda ex pulueribus vegetabilibus, interno vſui deſtinatis, eueniant, infe-

inferius dicetur. Hinc in ipſis trageis, quas ordinarie conſtituunt, per gratam additionem vel ſacchari, vel electuarii, vel ſyrupi cuiusdam, nauſeam auertere conamur.

2. His pulueribus interne exhibendis interdum talia etiam adduntur, quae per ſe in puluerem redigi minime poſſunt, e. g. *extracta* & *olea deſtillata*.

3. Pulueres autem, qui *externe* adplicari debent, potisſimum parantur ex vegetabilibus, & eo quidem ordine communiter praeſcribuntur, vt primum radices, deinde herbae, poſtea flores, & denique ſemina, cortices, aromata ponantur.

*IV. DOSIS.*

1. Doſis pulverum ad modum variat pro morbi & remediorum conditione.

2. Nonnulli enim morbi plures doſes poſtulant, nonnulli vnica profligantur.

3. Pulueres *emetici* & *purgantes* vnica tantum doſi; *alterantes* autem a ℥ij. ad integram vnciam pro vna vice ordinarie praeſcribuntur.

4. Ceterum tab. I. iam monuimus, quod pulverum doſis *pro vna vice ſumenda*, ℥ß. non facile debeat tranſcendere.

5. Qui pulueres ſunt *diffuſi*, e.g. puluis *ſtomachicus Birckmanni*, & alii officinales, cultelli cuſpide metiuntur. Reliqui vero in certas doſes vſitatius diſtribuuntur.

6. Nonnumquam vnica tantum doſis praeſcribitur & pharmacopoeo imponitur, vt eamdem duplicem, triplicem, reddat, vel vlterius multiplicet.

*V. REGVLAE ET OBSERVATIONES.*

1. Quoniam plurimi patientes a pulueribus per naturalem idioſyncraſiam abhorrent, antiquorum pulueres craſſi penitus fere abrogati ſunt. Hinc vel ex hoc fundamento pulueres magnae molis non facile praeſcribendi ſunt, praecipue quando vitium deglutitionis vel cardialgia nauſeoſa praeſto eſt.

2. *Vegetabilia*, interne in forma pulueris adſumenda, multa inferunt incommoda. Magnam enim conſtituunt doſis adſumendae molem, quarum tamen vix viceſima portio ſolutione ſeparabilis & efficax eſt. Praeterea in vehiculo, quo tales pulueres ſumuntur, mox turgeſcunt, & vti maiorem molem exhibent, ita etiam maiorem nauſeam excitant.

3. Quando autem omnino magna puluerulenta portio, ob peculiarem aliquem effectum impetrandum, adſumenda eſt, praeſtat illam mediante quodam ſyrupo in electuarium, bolum, vel aliam formam redigere, vel diuiſim ſumere.

4. *Amara*, e. g. aloë, colocynthis, in pulueribus non facile ſunt praeſcribenda. Non ſolum enim

enim nauſeam, ſed etiam non raro vomitum excitant. In ſpecie colocynthis, quando in ſubſtantia (h. e. in puluere) adſumitur, immania tormina & grauiſſimam hypercatharſin excitat.

5. Pulueres *acres*, *ſalini*, quando in arroſione ventriculi praeſcribuntur, partem arroſam magis arrodunt & inflammant.

6. *Mercurialia* in pulueribus caute ſunt propinanda, ne faucibus intimius adhaereant, & hac ratione ſiniſtros effectus cauſſentur. Hinc vel cum aliis ſpeciebus miſceri, vel in maſſulam illam panariam, vulgo Oblaten dictam, inuolui, vel mediante ſyrupo in aliam formam redigi debent, vel ſufficiente potu calido fauces eluendae ſunt.

7. *Foetida*, *mucilaginoſa* & *pinguia* in pulueribus, quantum fieri poteſt, vitanda ſunt, e. g. caſtoreum, gummata, ſemen pſyllii, lini, cydoniorum, ſperma ceti.

8. Ex hoc capite *puluis Haly*, qui ex ſemine altheae, maluae, cydoniorum, gummat. Arabico, tragacantho conſtat, difficillimae eſt praeparationis, & quoniam ob ſemina contuſa rancorem facile concipit, phthiſicis, quibus ordinarie exhibetur, plus ſaepe nocet quam prodeſt.

9. Sic etiam *ſperma ceti* pulueribus miſceri non debet, niſi cum oculis cancri, aut terreis alcalinis probe ſubigatur.

10. *Reſinae purgantium*, niſi cum ſalibus probe ſubactae fuerint, intra fauces conglobantur, & poſt ea inteſtinis adhaerentes, grauia tormina efficiunt.

11. Vitanda etiam eſt mixtio earum ſpecierum, quae *inuicem ſe deſtruunt* aut *corrumpunt*, e. g. vitriolum martis cum arcano duplicato, vel aliis nitroſis aut alcalinis mixtum; item mercurius dulcis cum alcalinis coniunctus. Sic etiam acida pulueribus miſcere non conuenit. Quando enim cum vehiculo miſcentur, ad nauſeam ſpumeſcunt, e. g. puluis ille *Kergeri* qui pro febrifugo venditatur, & ex corallis, cremore tartari conſtat. Ex eodem fundamento pulueres abſorbentes addi non debent potionibus acidulis, neque etiam vinum pro illorum vehiculo ſumendum eſt.

12. *Inſipida* cum omnibus poſſunt miſceri. At vero *ſalia fixa* & *ſalſa* cum aromaticis, item cum acribus & amaris minus conueniunt.

13. *Salia volatilia* pulueribus non facile miſceantur. Sapore enim & odore ſunt ingrata, & niſi mox adſumantur, vel in vitro quodam probe obturato conſeruentur, exhalant.

14. Puluerum ingredientia communiter duo, tria aut quatuor ſunt. Quando autem pro pluribus

ribus doſibus præſcribendi ſunt, plura etiam in ſubſidium vocari ſolent.

15. Nonnumquam pulueribus *compoſitis* officinalibus alia, vel ſimplicia vel chemica vel compoſita adduntur; quo caſu autem notandum, quod talia non ſint addenda, quae ipſam compoſitionem iam ingrediuntur; niſi quidem hoc vel illud compoſiti ingrediens conſulto augere deſideremus. Hoc etiam valet in aliis formulis.

16. Vt pulueribus, praecipue trageis diffuſis, gratum ſaporem conciliemus, ſaccharum aut elaeo-ſacchara varia adduntur. Sunt autem elaeo-ſacchara nihil niſi ſaccharum, quod vna vel altera guttula olei cuiusdam deſtillati impraegnatum eſt.

17. In tali autem caſu ſaccharum ad pondus reliquorum ingredientium ſumitur, & litterae ad P. O. i. e. pondus omnium adiiciuntur.

18. Nonnumquam, vt tanto gratiores hi pulueres groſſi reddantur, ex ſpeciebus pro morſulis, aut ex confectionibus ſeminum, e. g. aniſi, foeniculi, cubebarum parantur.

19. *Vehiculum nimis pingue* infringit efficaciam puluerum ſalinorum & aliorum. Sic etiam pulueres virtute ſua priuantur, quando tenaci materiae inuoluuntur.

20. Denique notandum, quod pauca moles, teneritudo, ſapor tolerabilis, & quodam modo etiam odor atque color gratus, puluerem commendet.

## *VI. FORMVLAE.*

### 1. *Emeticae.*

1) ℞. ♀i emetic. gr. III.
⊕lat. ℈ß.
M. pro doſi.

†

2) ℞. rhabarb. elect. gr. XII.
♀i emetic. gr. II.
⊖is abſinth. gr. VI.
M. pro doſi.

†

3) ℞. 🜍is ♁ii ⊙at. vltim. ⚶tion. arcan. duplic. ana gr. VI.
M. pro doſi.

†

4) ℞. ☿ii vitae gr. II.
reſin. ialapp. gr. III.
⌽i ♁iat. ℈ß.
M. dro doſi.

†

5) ℞. ⊖is ⊕li gr. XVI.
ſacchar. albiſs. gr. XII.
M. pro doſi.

†

6) ℞. ſpecif. ialappin. ℈ß.
♀i emetic. gr. II.
♁ij diaphor. non edulc. gr. [illegible]
M. pro doſi.

†

7) ℞. ⊙i fulmin. gr. I.
♁ii diaphor.
♀i ⊕lat. ana gr. III.
M. pro infante annum nondum ſupergreſſo.

†

8) ℞. Rad. ipecacoanhae ℈j.
⊖is ♀i ℈ß.
M. pro doſi.

† 9) ℞.

†

9) ℞. Rad. aſari gr. xxv.
♀i emetic. gr. iß.
arcan. duplic. gr. vi.
M. pro doſi.

2. *Laxantes.*

1) ℞. Rad. ialapp. opt. ℈j.
♀i ⊕lat. ℈ß.
🝆 foenicul. gtt. j.
M. pro doſi.

†

2) ℞. ſpecif. ialappin. ℈j.
reſin. ſcammon. gr. iii.
arcan. duplic. gr. vi.
M. pro doſi.

†

3) ℞. Scammon. 🜍at.
☿ij dulc. ana gr. vi.
conch. ppt. ℈ß.
M. pro doſi.

†

4) ℞. rhabarb. elect. ʒß.
⊖is ♀i ℈ß.
M. pro doſi.

†

5) ℞. ♀i ⊕lat. ℈j.
reſin. ialapp. gr. vi.
🝆 aniſat. gtt. j.
M. pro doſi.

†

6) ℞. ♄is Cornachin. ℈j.
☿ii dulc. ℈ß.
M. pro doſi.

†

7) ℞. magnes. alb. ʒj.
ſpecif. ialapp. gr. xii.
M. pro doſi.

†

8) ℞. ☿ii dulc.
rad. ialapp. ana ℈ß.
ireos Florent.
🜍is ♁ij ⊙at. vlt. ‿tion.
ana gr. ii.
M. pro doſi.

3. *Diaphoreticae.*

1) ℞. ♁ij diaphoret.
oc. ♋. citr. ana ʒj.
🜕 depur. ℈ij.
🜓 natiu. ppt. ℈ß.
M. d. in 9. part.

†

2) ℞. Conch. ppt.
bezoard. mineral. ana ʒiß.
🜕. depur. ʒi.
🜓. ♁ij. ppt. gr. xii.
M. d. in 12. part.

†

3) ℞. ♁ij diaphor.
conch. citr.
♀i ⊕lat.
🜕. depur. ana ʒj.
🜓. natiu. ppt. gr. xiv.
M. d. in 14. part.

†

4) ℞. ♁ii diaphoret.
matr. perlar. ppt.
mandibul. luc. piſc. ana ʒj
lapid. bezoard. ℈ij.
♁ij crud. Hungar. ℈j.
M. d. in 12. part.

†

5) ℞. Bezoard. mineral.
cryſtall. montan. ppt. ana ℈ij.
🜕. regener.
regul. ♁ij medicinal. ana ℈ß.
M. d. in 8. part.

†

6) ℞. ♁ij diaphor.

C. C. philoſoph. ana ℥j
⊕i ♁iat. ℈ij
♁is caſcarill. ℈j
flor. ♀is. ℈ß
M. d. in 10. part.

†

7) ℞. Bezoard. mineral.
dent. apr. ptt. ana ℥j
vnicorn. foſſil.
lumbr. ▽ſtr. ppt. ana ℨß
ȝȝ. natiu. ppt. ℈ß.
M. d. in 10. part.

4. *Diureticae.*

1) ℞. ♀i ⊕lat.
oc. ♋. citr. ana ℥j
⊖is centaur. min. ℨß
M. d. in 8. part.

†

2) ℞. ⊕i ♁iat.
conch. citr. ana ℨj
⊖is ♀i ℈ij
abſinth. ℨß.
M. d. in 10. part.

†

3) ℞. Arcan. duplic. ℨiß.
lap. percar. ppt. ℨj.
⊖is card. bened. ℨß.
M. d. in 9. part.

†

4) ℞. Teſt. ouor. acid. ♀i ſatur.
lumbr. ▽ſtr. ppt. ana ℈ij.
⊖is geniſt.
Ononid. ana ℈j.
M. d. in 6. part.

†

5) ℞. Cryſtall. ♀j
⊖is polychreſt. ana ℨß
matr. perlar. ppt.
⊕i depurat. ana ℈j
ſem. ſinap. gr. xv.

M. d. in 6. part.

†

6) ℞. ♀i ♀iſat.
⊕i regenerat. ana ℨj.
ſem. ebul. ℈ij.
M. d. in 8. part.

†

7) ℞. ▽ae foliat. ♀i.
cremor. ♀i ana ℨj.
milleped. ppt.
ȝȝ. ♁ij ppt. ana ℈j.
M. d. in 8. part.

5. *Pellentes, nempe partum & ſecundinas.*

1) ℞. Borac. Venet. ℈ij.
ȝȝ. ♁ij ℈ß.
M. d. in 2. part. S. Pulver in ſchwerer Geburth, davon zu rechter Zeit eins in Eiſenhart-Waſſer zu nehmen.

†

2) ℞. Hepat. anguill. ℈ij.
cort. cinnamom. ♁iſat.
gr. vi.
M. d. in 2. part.

†

3) ℞. Myrrh. elect. ℈j.
ſuccin. alb. ppt. ℈ß.
M. d. pro doſi.

†

4) ℞. Croc. orient.
trochiſc. de myrrh. ana ℈ß.
⊖is Alis viperar. gr. vi.
♂ ſuccin. gtt. ij.
M. d. in 2. part.

6. *Apophlegmatizantes, ſeu errhinae & ptarmicae.*

1) ℞. Herb. maioran. Mj.

Sum-

Summit. ſerpill.
origan. ana Mß.
Flor. lilior. conuall. P. ij
roſar.
cyan. ana P. j.
☋. deſtillati maioran. gtt. viii.
M. f. 🜍 ſubtiliſſimus, tingatur ſ. p. in colorem viridem cum indigo.
S. grüner Schnup=Taback.

†

2) ℞. 🜍is irid. Florent. ʒj.
hellebor. vtriusque ʒß
Hb. origan.
roriſmar.
thym. ana Mß.
Flor. lauendul.
anthos. ana P. j.
M. f. 🜍. ſubtiliſſimus.

†

3) ℞. Fol. tabac. Mj.
ſummit. ſerpill.
betonic. ana Mß
Flor. violar.
maioran. ana P. j.
Sem. nigell.
☋ deſtill. foenicul.
cubebar. ana gtt. iv.
Moſch.
Zibeth. ana gr. i.
M. f. 🜍. ſubtilisſimus.

†

4) ℞. 🜍is lign. aloës ʒj.
tabac.
ſuccin.
ſacch. opt.
caſtor. ana ℈iß.
☋ lign. Rhod. gtt. xii.
M. f. 🜍. ſubtilisſimus.

†

5) ℞. Tunic. rubr. exſiccat. & a peduncol. liberat. & 🜍iſat. ℥iij.
☋. lign. Rhod. gtt. x.
Moſch. in praedicto ☋. ſolut. gr. ii.
Balſam. cuiusdam liquid. e. g. Hoffmann. ʒj.
M. f. 🜍. tingatur cum ſ. q. V̊. in colorem rubicundum.
S. rother Schnup=Taback.

†

6) ℞. ⊖✱ci. ciner. clauellat. ana q. p. ♎mentur. Rec. ⊖is Alis ʒij. imbuantur ☋ lauendul. gtt. xx.
M. S. ſal volatile lauendularum odore excipiendum.

7. *Salivantes.*

1) ℞. ☿ij dulc. legit. ppt. ʒj.
conch. ppt.
🜍ij diaphoret. ana ℈iß.
M. opt. diu. in 20. part.
S. Pulver, davon im Anfang täglich nur eins, in denen folgenden Tagen aber aufſteigender Weiſe 2. 3. 4. ꝛc. zu geben, bis die ſaliuation erfolget.

†

2) ℞. Arcan. corallin. ʒj.
oc. ♋. ppt.
bezoard. mineral. ana ℈iß.
M. opt. diuid. in 20. part.
S. vt ſupra.

†

3) ℞. Panac. ☿ial. a l' *Emery*
deſcript. ʒij.
♁ij diaphoret. ʒiß.
marr. perlar. ʒj.
M. opt. diuid. in 15. part.
S. Pulver, davon den erſten Tag eins zu nehmen, und in denen folgenden Tagen mit einem halben immer aufzuſteigen, ſo lange bis die ſaliuation erfolget.

8. *Anthelminticae.*

1) ℞. ☿ij dulc. legit. ppt.
ſcammon. ♁at. ana ʒß.
matr. perlar. ppt. ʒj.
M. d. in 6. part.
S. Pulver, davon im abnehmenden Mond zweymal eine doſin zu nehmen.

†

2) ℞. Aethiop. mineral. ʒß.
♀ ⊖lat. ℈ij.
ſacch. alb. ʒj.
M. in mortario lapideo.
d. in 6. part.

†

3) ℞. Arcan. corallin. ℈j.
duplicat. ℈ij.
ſem. ſahton. ʒj.
M. d. in 6. part. S. vt No. 1.

†

4) ℞. ♁. ad verm. Ph. Auguſt. ʒj
☿ii dulc. ʒß.
M. d. in 4. part. dos. ℈j.
S. in Honig oder Milch zu nehmen.

†

5) ℞. Sem. ſantonic. ſ. cinnæ ℈ij.
coriand. ppt. ℈j.
♁. ialapp.
corallin. ſ. muſc. marin.
ana ʒß.
C. C. uſt.
☿ij dulc. ana ℈j.
M. d. in 8. part. dos. ℈j.

9. *Expectorantes.*

1) ℞. ♁. rad. ari.
irid. Flor. ana ℈ij.
oc. ♋. citr. ʒß.
flor. ♁is. ℈j.
theriac. coeleſt. gr. vi.
M. c. ſaccharo q. s.
D. S. Bruſt-Pulver, davon des Tages 3. mal eine Meſſerſpitz voll zu nehmen.

†

2) ℞. ♁is Haly contr. phthis. ʒij
⊕. depur. ℈ij.
flor. benz. ℈ß.
♉. anis gtt. ix.
M. div. in 9. part. dos. ℈j.

†

3) ℞. Specier. diair.
♁. Haly ana ʒj.
M. d. in 6. part. dos. ℈j.

10. *Adſtringentes.*

1) ℞. Corall. rubr. ppt.
vnicorn. foſſil. ana ʒj.
lapid. haemat. ℈ij.
M. diu. in 8. part.

†

2) ℞. ♁. rad. biſtort.
tormentill. ana ℥j.
lapid. manat.
ſuccin. ppt.
ebor. ppt. ana ʒß.
M. d. in 10. part.

†

3) ℞. Croc. ♂tis adſtring.

∇ae

🜄ae Catechu ana ʒß.
N. moſchat.
ſpec. de hyacinth. ana ℈j
M. diu. in 6. part.

†

4) ℞. Cort. chin. chin. ʒj
caſcarill. ʒß
croc. ♂tis 🜔iat. aperitiu. ℈j
M. d. in 5. part.

II. *Subadſtringentes, & moderate ſiſtentes.*

1) ℞. Corall. rubr. ppt.
⊕. depurat. ana ʒj
🜍. caſcarill. ℈ij
🜍. natiu. ppt. ℈j
theriac. coeleſt. ℈ß
M. f. 🜍. diu. in 9. part.

†

2) ℞. Cryſtall. montan.
⊕. depurat. ana ʒj
gran. kermes.
cort. granat. ana ʒß.
ſem. hyoſcyam. alb. ℈j
M. diu. in 10. part.

†

3) ℞. Spec. de hyacinth.
conf. alkerm. ana ʒß
⊕. regenerat. ℈j
croc. ♂t. 🜔iat. aperitiu.
🜍. 🜔ij ana ℈ß
MP. de cynogloſſ. gr. v.
M. d. in 5. part. aeq.

12. *Incraſſantes.*

1) ℞. Oc. ♋. ppt.
gumm. Arab. ana ʒj
🜄ae ſigill. ℈j
M. f. 🜍. diu. in 7. part.

†

2) ℞. Conch. ppt.
cryſtall. montan. ana ʒj
ſperm. cet.
🜍. rad. glycyrrhiz. ana ʒß
M. f. 🜍. d. S. Pulver, davon alle 3. Stunden eine Meſſerſpitze voll.

†

3) ℞. Teſt. ouor. ppt.
lap. percar. ana ʒj
vnicorn. foſſil. ʒß
M. diu. in 8. part.

†

4) ℞. Matr. perlar. ppt. ʒiß
⊕. depur. ℈ij
maſtich. elect. ʒß
M. diu. in 8. part.

13. *Exſiccantes.*

1) ℞. Ceruſſ. alb.
tut. ppt. ana ʒß
cret. ignit. in 🜄. exſtinct. & rurſus ſicc. ʒij
camph. ʒß.
M. f. 🜍. ſubtiliſſimus.
S. Pulver in Leinwand zu binden, und damit die rohen Schäden zu beſtreuen.

†

2) ℞. Lapid. calamin. ʒij
amyli
🜍. liquirit. ana ʒj
M. S. vt ſupra.

14. *Aperientes, reſoluentes, digerentes, incidentes, abſtergentes, praeparantes & abſorbentes.*

1) ℞. 🜍. rad. ari ppt.
zedoar. ana ʒiß
ecort. ☉tior.
Winteran. ana ℈ij
🜀. deſtillat. anis. gtt. xx.
M. f. 🜍. diu. in 12. part.

D

† 2) ℞.

†

2) ℞. Rad. pimp. alb.
galang.
gentian. rubr. ana ʒj
cinnamom. acut. ʒß
ſacchar alb. ad P. O.
M. S. Pulver, davon tägl. drey mal eine Meſſer-Spitze voll.

†

3) ℞. ♁ſtomach. Birckm. ʒß.
croc. ♂tis ♁iat. aperitiv.
℈ij
M. diu. in 12. part.

†

4) ℞. ♀i ⊕lat.
ſolub.
oc. ♋. citr. ana ʒj
☍ foenicul. gtt. vi.
M. d. S. Schleim-reſolvirend Pulver, davon tägl. 2. mal 1. ſcrupel zu nehmen.

†

5) ℞. ⦶. ♁iat.
♀. ♀iſat. ana ʒj
conch. citr. ℈ij
♁ij ♂iat. Ludovic. ℈j
M. d. in 9. part.

†

6) ℞. Arcan. duplic.
🜃ae foliat. ♀i. ana ʒj
⊖is abſinth. ʒß
confect. anis. ℈j
M. d. in 9. part.

†

7) ℞. Gumm. ✱ci ppt.
⊖is centaur. min. ana ʒj
cremor. ♀i.
♁ij diaphor. ana ʒß
corall. rubr. ppt. ℈j.
☍. caryophyll. gtt. xii.
M. d. in 16. part.

†

8) ℞. Lapid. percar. ppt.
cryſtall. montan. ppt.
magnes. alb. ana ʒj.
ℨ. ♁ij ℈j.
M. d. in 10. part.

†

9) ℞. Cryſtalli montan.
lac. lunae.
lumbr. 🜃ſtr.
⦶. depur. ana ʒj.
ſem. nigell.
foenicul.
card. mar. ana ʒß.
ſacch. albiſs. ʒij.
M. d. S. temperirend Pulver in ſaltzigter Milch täglich 3. mal 1. Meſſer-Spitze.

15. *Temperantes & antiſpasmodicae.*

1) ℞. ♀i ⊕lat.
⦶. depurat. ana ʒiß.
ℨ. ♁ij ppt. ℈j.
M. d. in 10. part.

†

2) ℞. ⦶. depurat.
oc. ♋. ppt.
matr. perlar. ana ʒj
ℨ. nativ. ppt. ℈j
M. d. in 10. part.
S. temperirend Pulver, davon alle 2. Stunden eins.

†

3) ℞. Arcan. duplic.
⦶. depurat. ana ʒj
conch. ppt. ℈ij
ℨ. ♁ij ppt. gr. xviii.
M. diu.

M. diu. in 9. part.

†

4) ℞. ⦶. depurat.
♀i ⊕lat. ana ℥j
oc. ♋. citr. ℈ij
☿ ♂ij gr. XVIII.
M. d. in 9. part.

†

5) ℞. ⊖is polychreſt. Choras.
⦶. regenerat. ana ℥j
♂ij diaphoret.
C. C. philoſoph. ana ʒß
☿. artific. ter ſublimat. ℈j
M. d. in 10. part.

†

6) ℞. Cryſtalli montan.
lapid. percar. ana ℈ij
prunell.
⊖is abſinth. ana ʒß
☿. ♂ij gr. XVI.
M. d. in 8. part.

†.

7) ℞. ⦶. ♂iat.
depurat. ana ℥j
cort. caſcarill. ʒß
☿. natiu. ppt. gr. XVI.
M. d. in 8. part.

†

8) ℞. Corall. rubr. ppt.
mandibul. lucii piſc. ana ℥j
lapid. prunell.
arcan. duplic. ana ℈ij
♂ij ♂is cacheƈt. ℈j
M. d. in 12. part.

†

9) ℞. ♀i ⊕lat.
⦶. regenerat. ana ℥j
matr. perlar ℈ij
vnicorn. foſſil.
lumbr. 🜃ſtr. ana ʒß
M. d. in 12. part.

†

10) ℞. ♁. conſolid. maior ʒiß
nucleor. perſicor.
n. moſch. ana ℈j
ſuccin. alb. ʒß
ambr. grys. ℈ß
Eſt puluis *Warandaei*, quem ad dolores poſt partum laudat. Dos. alle 3. Stunden 1. Meſſerſpitze voll.

16. *Anodynae.*

1) ℞. ♁. temperant. no. 1) deſcripti ℥j
ſpec. de hyacinth. ℈j
M. de cynogloſſ. gr. IV.
M. d. in 4. part. aeq.

†

2) ℞. ♁. temperant. no. 2) deſcript. ℥j
corall. rubr. ppt. ʒß
theriac. coeleſt.
extraƈt. croc. ana gr. V.
M. opt. diu. in 5. part.

†

3) ℞. ♁. temperant. no. 3) deſcript. ℥j
☿ ♂ij ʒß
M. diu. in 5. part.

†

4) ℞. ♁. temperant. no. 4) deſcript. ℥j
ſpec. de hyacinth.
lumbr. 🜃ſtr. ana ℈j
croc. ♂t. ♂iat. aperit.
laudan. opiat. ana gr. I.
M. opt. diu. in 5. part.

17. *Tonicae, neruinae, roborantes.*

1) ℞. Cort. caſcarill. ℥j

croc. ♂is ♀iat. aperit. ʒß
M. diu. in 6. part.

†

2) ℞. Corall. rubr. ppt. ʒj
ſpec. de hyacinth. ʒß
gemm. ℈j.
♀ij ♂tialis Ludou. gr. xv.
M. diu. in 6. part.

†

3) ℞. ♁. ſtomach. Birckm. ʒij
ſpec. diambr.
diamoſch. ana ʒß
☊. cinnamom. gtt. iij
M. d. S. Magen = Treſenet, davon einer Meſſerſpitze voll auf einmal zu nehmen.

†

4) *Tragea confortans.*
℞. Valerian.
calam. aromat. ana ʒij
ſem. coriandr.
cubebar. ana ʒiß
confect. alkerm.
macis ana ʒj
ſacch. perlat. ℥j.
M. dos. ℈ij.

†

5) ℞. Maſtich.
n. moſch.
cubebar.
cardamom. ana ʒß
⊖. ♁lis ſuccin. ℈j
ambr. gryſ. gr. vii.
M. d. ad vitr. probe obturatum, dos. ℈j.

†

6) ℞. ⊖. ♁lis C. C. ℈ij
medull. caſtor. elect. ℈ß.
M. f. ♁. d. ad vitr. probe obturat. S. Pulver, davon wider das ſchwere Gehör einer Erbſen dick mit Baum=Wolle ins Ohr zu thun.

18. *Specificae.*

1) *Puluis antepilepticus.*
℞. Lumbr. ♁ſtr. ʒj
cord. talp. exſiccat. no. v.
talor. lepor. ℈j
vngul. alc. ſubtiliter ♁iſat.
cort. viſc. quercin. ana ℈ß
℥. ♀ij. ʒß.
M. dos. gr. xv.

†

2) ℞. ♀ij Vngaric.
cran. human.
℥. ♀ij ana ℈ß.
M. d. in 2. part.

†

3) R. Excrement. alb. gallinae pullulant.
teſt. ouor. ex quibus eiusdem gallinae pulli excluſi ſunt. ana ʒj
M. d. in 6. part.
S. Beſondere Pulver, davon vor dem Anfall eins zu geben und ſich warm zu halten.

†

4) ℞. Bilis canis atri integram portionem, add.
vnicorn. foſſil. ʒß.
Redigantur in 4. pulueres aeq.

TAB.

# TABVLA III.
## DE
# PILVLIS.

*I. DEFINITIO.*

Pilulae ſunt medicamentum ſolidum, rotundum, ex remediis facile cohaerentibus compoſitum, pro ſcopo vtplurimum euacuante, nonnumquam etiam alterante. Denominationem habent a pila. Vocantur etiam *catapotia*, a *καταπίνω*, deglutio.

*II. MATERIA.*

1. Quoniam pilularum forma hunc praecipue reſpectum habet, vt ſapores valde amari, vel alii nauſeoſi hac ratione occultari, & citra fere ſaporem deglutiri posſint, per ſe hinc liquet, quae materiae praecipue ſint pilularum.
2. In primis autem ad pilulas ſumuntur *reſinoſa*, ex quibus facile fiunt pilulae, ſi aliquot tantum guttae, ſiue olei cuiusdam deſtillati, ſiue tincturae alicuius, ſiue eſſentiae, e. g. abſinthii, elix. propr. iis admiſcentur.
3. Poſt reſinoſa pilulis formandis commode inſeruiunt *extracta* inſpiſſata amara, (mollia enim non conueniunt) e. g. extractum abſinthii, cardui benedicti, centaur. min. fumariae, gent. r.
4. *Gummata* depurata & in extracti formam redacta, e. g. Gummi ammoniacum aceto ſquillitico ſolutum & iterum inſpiſſatum.
5. Primarium ingrediens pilularum olim fuit & hodie eſt *aloë*. Huius enim aduerſisſimus ſapor ſub hac forma optime tegitur.
6. Porro pilulis formandis praecipue etiam inſeruiunt vſuales illae *maſſae pilularum*, quae in officinis praeparatae iam proſtant, e. g. MP. catholic. cochiar. de ſuccino Craton.
7. *Pulueres* in minore quantitate efficaces, & cum glutinantibus v. g. terebinth. melle, gumm. tragacanth. ſucco liquirit. inſpiſſato, mica panis mixti in pilulas facile etiam rediguntur.
8. Tandem etiam ☿*ius dulc.* in pilularum forma optime propinatur. Licet enim vanus ſit metus ille vulgaris, quod ſub puluerulenta forma adhibitus & maſticatus dentibus & faucibus pericula adferat, commodisſime tamen in forma pilularum exhibetur illis, qui pulueres auerſantur.
9. *Syrupi*, & aliae nimis liquidae ſpecies, pilularum formae non conueniunt.
10. Neque etiam ad pilulas commode recipiuntur *pulueres groſſi*, ſpisſi, terrae macrae, & aliae

ſpecies friabiles non cohaerentes.

II. *Salia* vel plane non, vel paucis granis ad pilulas ſumantur.

*III. MAGNITVDO ET DOSIS.*

1. *Veteres* diffuſas admodum habebant pilulas, & ex ℨj maſſae, cum melle paratae, vix 6. vel 8. pilulas formabant.

2. *Galli*, *Angli* & *Batavi* hunc morem quoad magnitudinem pilularum adhuc ſequuntur.

3. Apud *nos* in vſu eſt triplex illarum magnitudo:
   1) Nonnullae duo grana pondere ſuo referunt, & magnitudine ſua piſum aequant.
   2) Nonnullae ad pondus grani vnius ſunt.
   3) Nonnullae granum tantum ſemis, vel minus ponderant.

4. Et ſane *molis exiguitas* ob multos reſpectus in pilulis obſeruanda eſt, ita quidem, vt non tantum paruae ſint, verum etiam paucae pro vna doſi praeſcribantur. -

5. Excipiendae autem ſunt tales compoſitiones, quae non tam craſſe euacuandi, quam alii ſublimiori ſcopo deſtinantur, e. g. pilulae polychreſt. *Stahlianae*. Interea tamen harum & ſimilium doſis adſumenda non facile debet excedere ℈j.

6. Ceterum aliquando vna tantum doſis, aliquando plures praeſcribuntur, quo caſu quantitas ſpecierum proportionate augenda eſt.

*IV. ORDO PRAESCRIBENDI.*

1. Pilulae catharticae quando praeſcribuntur, talis communiter ordo commendatur, vt primum baſis, deinde adiuuans, poſt ea ſtimulans, & denique corrigens ponenda ſint. Vbi obſeruandum, quod lenientium & per *epicraſin* euacuantium pilularum baſis ordinaria ſit aloë aut eius extractum gummoſum, cum aqua violarum vel roſarum paratum; item pilulae *Francofurtenſes*, quae nil aliud eſſe, quam aloë cum aqua violarum extracta, dicuntur.

2. In aliis autem, quae vlteriori quam euacuandi vſui deſtinantur, primum extracta, deinde gummata, & vltimo loco glutinantia, e. g. terebinthinata ponuntur. Hic autem ordo ab auctoribus toto die negligitur.

3. Formulam ordinarie claudit ſubſcriptio: M. f. l. a. pil. no.

4. Quando ob ſaporem, odorem vel colorem valde ingratum auro vel argento obducendae ſunt, id in ſubſcriptione ſequentibus verbis exprimitur: *auro, argento obducantur*.

*V. REGVLAE.*

1. Pilulae infantibus minus conueniunt, quoniam illas commode deglutire non poſſunt.

2. In difficultate deglutiendi non debent praeſcribi.

3. Neque etiam ſiccioribus ſubiectis ſunt adcommodatae.

4 Quae

4 Quae auro vel argento non obducuntur, illas pulueribus ſubtilisſimis, e. g. liquiritiae, oc. ♋. conſpergunt.

5. Licet autem pilularum forma frequentisſime pro purgandi ſcopo eligitur, ita nihil impedit, quo minus praeparandi, mundificandi, roborandi, ſopiendi fine etiam ordinentur.

6. Immo ſunt, qui ad *externos uſus* pilulas extendunt, e. g. in odontalgia pilulas formant ex extracto ligni guaiaci, ligni Rhodii, & dolenti denti talem pilulam imponunt; item pro *maſticationis* ſcopo mediante extracto nicotianae, tragacanth. & maſtich. formantur pilulae, quae vero, quia efficaciora remedia ad hunc finem obtinendum proſtant, merito reiiciuntur.

7. Pilulae cum *vehiculo* nimis *calido* non debent propinari.

8. Quae ſunt *ingrati ſaporis*, illae ſub inuolucro paſſulae maioris, pruni cocti, vel maſſae illius panariae, Oblaten dictae, a multis commode degluciuntur.

9. Adſumuntur autem pilulae
 1) *purgantes* tempore plerumque matutino.
 2) *lenientes*, id eſt, leniter laxantes, tempore veſpertino.
 3) *anodynae*, eodem tempore.
 4) Reliquae autem *alterantes* tempore quocumque.

10. Proſtant in pharmacopoeis multae inconditae maſſae pilularum e. g. *Indae*, *Arabicae*, *lucis maioris*, *ſine quibus eſſe nolo*, *aggregatiuae* &c. quas Medicus omni modo debet euitare.

*VI. FORMVLAE.*

1. *Emeticae.*

1) ℞. Extract. cathol. ℈ß.
 reſin. ialapp. gr. III.
 ♀i emetic. gr. II.
 elix. P. P. q. s.
 M. f. pil. No. xv. d. pro doſi.

†

2) ℞. Extract. panchym. Croll. gr. XII.
 ellebor. n. gr. v.
 ☿ij vit. gr. III.
 eſſent. abſinth. q. s.
 M. f. pil. No. xx. d. pro doſi.

†

2. *Purgantes.*

1) ℞. Extr. panchym. *Croll.*
 ialapp. reſinos. ana gr. VI.
 extr. fumar.
 card. bened. ana gr. III.
 ſcammon. ♀at. gr. II.
 M. f. pil. No. xx.
 D. S. Purgier=Pillen auf einmal.

†

2) ℞. extr. panchym. *Croll.*
 MP. de ſuccin. *Craton.* ana gr. VI.
 ☿ij dulc. gr. III.
 reſin. ialapp. gr. II.
 ☋. foenicul. gtt. II.
 M. f. l. a. pilul. No. xx.
 S. *catarrhal*-Pillen.

†

3) ℞. MP. polychreſt.

extr.

extr. cathol. ana ℈ß
M. f. l. a pil No. xx.
S. Laxier=Pillen auf einmal.

†

4) ℞. Extr. ellebor. nigr.
☿ij dulc. ana gr. vi.
aloës gummos.
trochiſc. alhand. ana gr. iv.
M. f. pil. No. xx.
S. reinigende Haupt=Pillen auf einmal.

†

5) ℞. Gumm. ammoniac. +to ſquill. ſolut. & inſpiſs. ℈ß
☿ij dulc. gr. v.
aloës roſat.
extr. ſumar. ana gr. iii.
ellebor. nigr. gr. ii.
M. f. pil. No. xxiv.
S. *reſoluir*ende Pillen auf einmal.

†

6) ℞. Extr. cathol. ℈ß
ellebor. nigr. gr. v.
☿ij dulc. gr. iv.
reſin. ialapp.
gumm. gutt. ana gr. iii.
M. f. pil. No. xx.
S. Pillen in der Waſſerſucht auf einmal.

†

7) ℞. MP. polychreſt. gr. xii.
extr. ellebor. nigr.
centaur. min. ana gr. iv.
M. f. pil. No. xx.
S. Pillen zur Beförderung der güldenen Ader auf einmal.

†

8) ℞. Gumm. ammoniac. ppt.
aloës gummos. ana gr. vi.
gumm. galban.
ſagapen. ana gr. iii.
extr. centaur. min.
ellebor. nigr. ana gr. ii.
eſſent. ſuccin. q. s.
M. f. pil. No. xx.
S. eröffnende Pillen auf einmal.

†

9) ℞. Extr. rhabarb.
fumar. ana ʒß
cent. min.
card. bened. ana ℈j
limat. ♂tis. ppt. ℈ß
⊖is ſuccin. gr. v.
M. f. pil. ad pond. gr. i. dos. gr. xv.
S. *reſoluir*ende Pillen.

†

10) ℞. Pilul. ♀ear. *Quercet.*
rheumatic. ana gr. viii.
☿ij dulc.
reſin. ialapp. ana gr. ii.
tinct. ♀i q. s.
M. f. pil. No. xx.
S. Pillen auf einmal.

†

11) ℞. Gumm. ammoniac. ppt. gr. xii.
extr. agaric.
trochiſc. alhand. ana gr. iii.
reſin. ialapp. gr. ii.
M. f. pil. No. xx. d.
S. Pillen auf einmal.

† 12)

†

12) ℞. Aloës gummoſ. ℈j
extr. panchym. *Croll.* ℈ß
limat. ♂. ppt. gr. v.
M. f. pil. ad pond. gr. i.
S. Pillen wider die Verſto=
pfung. dos. gr. iii - v.

†

13) ℞. Aloës gummoſ.
myrrh. ppt.
gumm. iuniper.
heder. ana ℈j
extr. abſinth. vinoſ.
card. bened. vin.
cochlear. aquoſ. ana
gr. xvi.
fumar. vin.
ellebor. nigr. aquoſ.
ana gr. viii.
terebinth. venet. ℈ß
M. f. pil. ad pond. gr. i.
S. Mutter=Pillen.

†

14) ℞. Extr. cathol. gr. xii.
rhabarb. gr. v.
colocynth. gr. iii.
micar. pan. alb. q. s.
M. f. pil. No. xx.
S. Pillen auf einmal.

†

15) ℞. Pilul. balſam. viſceral. ʒj
gumm. bdell.
maſtich. ana ℈ß
elater.
♀ ⊕ lat. ana ℈j
M. f. pil ad pond. gr. i.
S. Pillen in der Waſſer=
ſucht. dos. ℈j

†

3. *Adſtringentes & ſiſtentes.*

1) ℞. Gumm. elem.
maſtich. ana ℈ij
▽. catech. ℈j
M. f. c. balſam. Indic. pil.
ad pond. gr. i.
S. *Pilulae ad gonorrhoeam*
dos. gr. xii.

†

2) ℞. Oſſ. ſep. ppt. ʒß
terebinth. venet. q. s.
M. f. pil. S. vt ſupra, ad
*gonorrhoeam.*

†

3) ℞. Extr. millefol.
tormentill. ana ℈j
theriac. cœleſt. ℈ß
tinct. opii q. s.
M. f. pil. dos. ℈ß
S. *pilulae ſiſtentes.*

†

4. *Saliuantes.*

1) ℞. Panac. ☿ial. gr. xv.
miſc. pan. alb. q. s.
M. f. pil.

†

2) ℞. ☿ij dulc. gr. xii.
M. c. mucilag. tragacanth.
f. pil.

†

3) ℞. ☿ij current. gr. xii.
M. c. ſucco liquirit.
f. pil.

†

5. *Stomachicae.*

1) ℞. Extr. cort. caſcarill. ℈j
gentian. rubr.
card. bened. ana
℈ß
limit. ♂. ppt. gr. v.
M. f. pil. dos. ℈ß

 6. *Ano-*

†

6. *Anodynae.*

1) ℞. Succ. liquirit. ℈j
pilul. *Wildegans.*
de cynogloſſ. ana gr. v.
ſyrup. papau. errat. q. s.
M. f. pil. dos. gr. v - vi.

†

2) ℞. Extr. tormentill.
biſtort. ana ʒj
theriac. coeleſt.
laudan. opiat. ana gr. vi.
M. f. pil. ad pond. gr. i. dos. gr. vi - viii. in *dyſenteria.*

†

7. *Pilulae Wildeganſii genuinae.*

℞. Opii crud.
fibr. ellebor. n. ana ℔ß.

Opium primum cum 🜅 & deinde quod reſiduum eſt, cum alcal. adfuſo extrahatur. Fibr. ellebor. nigr. extrahe cum vino, melius cum 🜄. per digeſtionem quoad ſatis. Adde

Myrrh. per alkaheſt *Glauberi* ita praeparatum, vt cum 🜄 ſolui poſſit.
Deinde recip. col. ℥iv
extr. theriac. ex rad. alexipharm. c. 🜄. parat. ℥j
croc. orient. ſubtiliſſ.
♁iſat. ℥ij
🜍 deſtillat. iuniper. ℥j
M. f. MP. & form. pil. ad pond. gr. i.

# TABVLA IV.
## DE
# BOLIS.

*I. DEFINITIO.*

B*Olus* eſt medicamentum inter ſolida & fluida mediae conſiſtentiae, quod figura ſua glandem aliquo modo refert, & tamquam morſulus ſeu fruſtulum vna vice deglutitur.

*II. MATERIA.*

Hic conſideranda ſunt

1. *Baſis* ſeu ingredientia, quae varia ſunt, e. g.
   1) *pulueres* in parua quantitate efficaces, quae ſemper primarium ſunt ingrediens.
   2) *Spiritus & eſſentiae.* Haec partim ad gratiam, partim ad melius ſubigendum puluerem, partim ad augendam virtutem adiiciuntur.
   3) *Olea.*
2. *Excipiens*, quod liquidum eſſe debet, vt reliquae ſpecies ſiccae in vna maſſa cohaerere poſſint. Sunt autem communiſſima excipientia:
   1) *Conſeruae.*
   2) *Rob & ſyrupi.*
   3) Reliqua non facilae praeſcribun-

buntur, niſi ſpecialis circumſtantia eadem poſtulet, e. g.

a) *Electuaria.*

b) *Extracta.*

c) *Pulpae.*

d) *Succi inſpiſſati.*

*III. MAGNITVDO ET DOSIS.*

1. Bolum quam maxime commendat *paruitas*, vt eo facilius deglutiri poſſit. Vnde ℥ij. excedere non debet; immo quando ingredientia leuia ſunt & turgeſcunt, ℥j. ſufficientem molem conſtituit. Sit e. g.

2. Pulueris ingredientis ſ. baſeos ʒß-℈ij, & erit conſeruae tamquam excipientis ℥j.

3. Sic etiam v. g. pulueris baſeos ʒß. & erit rob excipientis etiam ʒß. Hanc proportionem ſequentes formulæ clarius monſtrabunt.

4. Quando conſerua minus ſucculenta eſt, tantillum ſyrupi additur; Si vero nimis ſucculenta fuerit maſſa, tantum ſacchari miſcemus, quantum ſatis ad conſiſtentiam.

5. Quando ob puluerum leuitatem magnitudo augetur, id quod potiſſimum cum rhabarbaro contingit, *duo minores* boli ex illa maſſa formari poſſunt.

*IV. REGVLAE ET OBSERVATIONES.*

1. Omnia ingredientia & excipientia ita ſunt comparata, vt non tantum gratiam bolo conciliare, ſed & facile cum reliquis miſceri queant. Vnde *amara*, maxime nauſeabunda, & *viſcida*, bolos ingredi non debent.

2. Veteres bolorum praeſcriptiones ad illum caſum reſeruabant, quando nonnulli patientes pulveres, vel alios medicamentorum ſapores valde auerſabantur; quo caſu & hodie locum habere debent.

3. Quoniam autem ipſorum bolorum ingeſtionem variae difficultates premunt, praeſcriptio illorum non frequens eſſe, ſed ad ſpeciales caſus & circumſtantias reſeruari debet.

4. Quoad *conſiſtentiam* bolorum notandum, quod neque nimis mollis, neque nimis ſicca eſſe debeat. Hinc ad cauenda haec incommoda addi debet iuſta ſyrupi quantitas; in quem finem formulae ſubiicitur: Syrupi q. s.

5. Et quoniam *ſalia fixa* & *volatilia* facile liqueſcunt, & ſic boli debitam conſiſtentiam impediunt, praeterea fermentationem cauſſari poſſunt, non ingrediantur hanc formam, niſi quidem bolus mox poſt praeparationem adſumatur.

6. Boli effectum optatum *promte* exhibere non ſolent, quoniam inuolucrum puluerum contentorum in ventriculo tardius reſoluitur, & hinc efficacia illarum ſpecierum retardatur. Hinc etiam neceſſe eſt, vt potus calidus poſt boli deglutitionem mox ſumatur, & hac ratione

ne promtior illius reſolutio pro-
moueatur.

*V.* *FORMVLAE.*

1. *Emeticae.*

1) ℞. Conſeru. flor. perſic. ʒß
♀i emetic. gr. III.
ſacchar. cand. ℈j
M. f. bolus.

†

2) ℞. Conſeru. gratiol. ʒj
♁. ipecacoanh. gr. XXVI.
ſyrup. emetic. q. s.
M. f. bolus.

†

3) ℞. Conſeru. roſar. ſolut. ʒj
♁. rad. aſari. ʒß
ſyrup. flor. perſic. q. s.
M. f. bolus.

†

4) ℞. Conſeru. fumar. ʒj
☿ij vir. gr. III.
♁. ialapp. ℈ß
gumm. gutt. gr. IV.
reſin. ſcammon. gr. II.
ſyrup. de cichor. c. rha-
barb. q. s.
M. f. boli No. II. ſucceſſiue
deglutiendi.

†

2. *Purgantes.*

1) ℞. Conſeru. cynosb. ʒj
rhabarb. elect. ℈ij
reſin. ialapp. ℈ß
ſyrup. de cichor. c. rha-
barb. q. s.
M. f. boli No. II. ſucceſſiue
deglutiendi.

†

2) ℞. Conſeru. flor. perſic. ℈j
☿ij dulc.
♁. ialapp. ana gr. v.
ſyrup. abſinth. q. s.
M. f. bolus pro infante 4. vel
5. annorum.
S. bolus *laxans* in *atrophia* &
*vermibus.*

†

3) ℞. Conſeru. flor. bellid. ʒj
☿ii dulc. ℈ß
reſin. ſcammon. gr. IV.
ſyrup. roſar. ſolut. q. s.
M. f. bolus.

†

4) ℞. Conſeru. gratiol. ʒj
☿ij dulc. gr. XII.
reſin. ialapp. gr. III.
ſyrup. e ſpina ceruin.
q. s.
M. f. bolus.

†

3. *Saliuantes.*

1) ℞. Conſeru. flor. perſic. ʒß
☿ij dulc. gr. XV.
ſyrup. roſar. ſolut. q. s.
M. f. bolus.

†

2) ℞. Conſeru. fumar. ℈j
turpeth. mineral. gr. III.
ſyrup. flor. perſic. q. s.
M. f. bolus.

†

3) ℞. Conſeru. gratiol. ʒß
panac. ☿ial. gr. XV.
ſyrup. roſar. ſolut. q. s.
M. f. bolus.

†

4) ℞. Conſeru. fumar. ℈j
arcan. corall. gr. III.
ſyrup. flor. perſic. q. s.
M. f. bolus.

4. Ad-

†

4. *Adſtringentes.*

1) ℞. Conſeru. bellid. ℥j
corall. rubr. ppt. ʒß
terr. ſigill. ℈j
ſyrup. corallior. q. s.
M. f. bolus.

†

2) ℞. Conſeru. roſar. antiquar. ℈ij
ſangv. dracon. ℈j
croc. ♂t. adſtring. gr. iv.
ſyrup. cydonior. q. s.
M. f. bolus.

†

3) ℞. Conſeru. balauſt. ℈ij
lapid. haemat. ℈j
ſyrup. de ſymphyt. q. s.
M. f. bolus.

†

5. *Siſtentes & anodynae.*

1) ℞. Conſeru. papau. rhead. ℥j
♁ij diaphoret. ℈j
cinnabar. ♁ij gr. vi.
laudan. opiat. gr. ii.
ſyrup. papau. errat. q. s.
M. f. bolus.

†

2) ℞. Conſeru. flor. anthos ℥j
matr. perlar. ʒß
theriac. coeleſt.
M. P. de cynogloſſ. *ana* gr. ii.
ſyrup. papau. errat. q. s.
M. f. bolus.

# TABVLA V.
## DE
# ELECTVARIIS.

*I. DIFFERENTIA.*

1. ELectuaria a bolis parum differunt: *bolus* enim eſt electuarium, quod vna vice deglutitur; electuarium autem ſtricte dictum plures doſes continet.

2. Interea tamen electuarium conſiſtentiam paullo molliorem habet quam bolus.

3. *Linctus* licet ab electuariis quodam modo differat, illos tamen non ſine ratione huic tabulae inſerendos iudicauimus.

*II. MATERIA.*

1. Electuaria vti cum bolis multum conueniunt, ita etiam ingredientia & excipientia cum aliis habent communia. Conficiuntur nempe
1) Ex pulueribus,
2) Ex condituris, atque
3) Ex conſeruis.

2. Quo vero ordine haec praeſcribantur, ſequente membro indicabimus.

*III. MAGNITVDO ET DOSIS.*

1. Tota compoſitio ſeu deſcriptio electuarii non ſit minor *vnciis* *dua-*

*duabus*: neque etiam facile excedat *uncias quatuor*. Electuarium enim progrediente tempore vel nimis ſpiſſum redditur, vel prorſus corrumpitur.

2. Pro *doſi* plerumque ſumitur magnitudo modo *iuglandis*, modo *caſtaneae*, modo *auellanae*; quae doſis per ſignaturam germanicam ſequente modo exprimitur: Latwerge, davon einer Caſtanien, Welſchen-Nuß, Haſel-Nuß groß, oder etliche Meſſer-Spitzen voll zu nehmen.

3. *Proportionem* ingredientium & excipientium ſequentia docent,
   1) Conſeruae ℥j
   2) Puluerulentorum ʒj-ʒij
   3) Condit. ʒij-℥ß
   4) Confect. ʒj ʒij
   5) Eſſent. }
   6) Tinctur. } ℈j-ʒß
   7) Spirit. }
   8) Extract. ʒß-ʒj
   9) Syrup. q. s.

4. Non opus autem eſt, vt quoduis electuarium *omnes* has ſpecies contineat, ſed ſeliguntur tantum illae, quae ad ſcopum obtinendum, & nauſeoſum ſaporem euitandum conducunt.

5. Puluerulenta quando *per ſpecies* praeſcribuntur, illo ponuntur ordine, quem *tab. I.* de pulueribus indicauimus. Videlicet radices, herbae, flores, ſemina, cortices & ligna praemittuntur, deinde aromata, condita, gummata & pulueres chymici ſubiiciuntur.

*IV. REGVLAE.*

1. Electuariorum formula antiquis familiarior fuit, quam recentioribus, qui maſſam hanc confuſam, & quam plurimis aegrotis nauſeoſam, rarius adhibent.

2. Quando autem haec formula conuenire & aliquid praerogatiuae habere videtur, e g in illis adfectibus, in quibus mellita vel ſyrupi vſum habent, fauces poſt adſumtum electuarium *hauſtulo vini*, vel alio quodam grato liquore eluantur, & ſapor aduerſus, qui faucibus diu obhaereſcere ſolet, hac ratione corrigatur.

3. Deſtinantur autem vulgo electuaria catharſi, expectorationi, in ſpecie phthiſi, roborandis partibus, e.g. ventriculo, neruis; praecipue etiam febribus intermittentibus profligendis. In acutis autem minus conueniunt.

4. Sumuntur electuaria vel mane, e. g. laxantia, vel ante paſtum, e. g. ſtomachica.

5. Nonnulli electuarium, in vino ſolutum & dilutum, propinant.

6. Folia auri vel argenti electuariis immiſcere vanus eſt fucus.

7. Electuarium quando *mollioris* conſiſtentiae deſideratur, formulae ſubiicitur: *f. electuar. molle.* Sic enim pharmacopoeus addit maiorem ſyrupi quantitatem. Nimis tamen molle non ſit electuarium, alias facile fermenteſcit.

8. Salia

8. *Salia fixa* & *volatilia* in electuariis aeque ac in bolis non conueniunt, fermentationem enim, ad quam electuaria ratione mellis, ſyruporum, pinguium nucleorum &c. admodum prona ſunt, quam maxime promouent. Tacemus, quod ſalium virtus per talia inuolucra eneruetur.

9. *Primae viae*, quando ſaburra biliosa, vel aliis fermenteſcentibus materiis obſeſſae ſunt, electuaria non ſunt ordinanda.

10. *Extracta*, quae ſaporis ſunt ingrati & nauſeoſi, in electuariis non facile praeſcribantur.

11. De *linctibus* ſeu *eclegmatibus*, quae in pectoris adfectibus praeſcribi ſolent, ſequentia adhuc notentur.

1) Conſiſtentiam debent habere mollem. Hinc *conſeruae* & *condita* vel plane non, vel parciſſima tantum doſi illis adduntur, ne iuſto ſpiſſiora euadant, ſed conſiſtentia ſuper lingua diffluens emergat, ſcilicet vt *lingatur*.

2) Arabice dicuntur *loch*. German. ein dicker Saft.

3) Vſu non adeo recepti ſunt, niſi quidem infantibus in faucium adfectibus, & pro ſcopo becchio ordinentur.

4) Conficiuntur linctus ſeu loch ex variis *loch* officinalibus, e. g. *loch ſan. & expert. de pulmone vulpis*. Interdum adduntur pulueres, conſeruae & extracta. Denique ſyrupi tantum adiicitur q. s. ad conſiſtentiam genuinam.

V. FORMVLAE.

1. *Purgantes*.

1) ℞. Pulp. tamarind.
passular. ana ℥ß
diacydon. luc. ialapp. ʒiij
extract. diacitr. ℈ij
ſyrup. de pom. lax. q. s.
M. f. electuarium.
S. laxirende Latwerge, davon morgens etliche Meſſer-Spitzen voll.

†

2) ℞. Pulp. tamarind.
rob iuniper. ana ℥j
diacydon. luc. ialapp. ʒvj
ſpecif. lalapp. ʒj
ſyrup. de cichor. c. rhabarb. ℥ß vel q. s.
M. f. electuarium.
S. laxirende Latwerge, davon morgens einer Caſtanien groß zu nehmen.

†

2. *Diaphoreticae*.

1) ℞. Conſeru. fumar. ℥ß
theriac. Andromach. ʒiij
diaſcord. Fracaſt. ʒij
♁ij diaphor.
matr. perlar. ana ʒj
ſyrup. card. bened. q. s.
M. f. electuar.

†

2) ℞. Conſeru. pulp. citr. ℥j
rob iunip. ℥ß
♁. viperar.
rad. ari.

C. C. phi-

C. C. philoſoph. ana ℈ij
ſyrup. acetos. citr. q. s.
M. f. electuar.

†

3. *Diureticae.*

1) ℞. Rob. iuniper. ʒvj
conſeru. roſar. ʒiij
extract alkek.
oc. ♋. ppt. ana ʒiß
terebinth. Venet. ʒj
ſyrup. heder. 🜃ſtr. q. s.
M. f. electuar.

†

2) ℞. Conſeru. roſar. ℥j
ſem. viol.
milii ☉is ana ʒij
extr. veronic. ʒiß
ſyrup. violar. q. s.
M. f. electuar.

†

3) ℞. Conſeru. cynosbat. ℥j
rob. ſambuc. ℥ß
ſem. ebul. ℈iv.
ð. lumbr. 🜃ſtr. ʒj
ſyrup. capill. ♀is q. s.
M. f. electuar.
S. Latwerge, davon in der Waſſerſucht 2. bis 3. mal einer Nuß dick zu nehmen.

†

4. *Particulariter ſaliuantes.*

1) ℞. ð. rad. pyreth.
ſem. ſinap. ana ʒiß
cubebar.
cardam. ana ʒß
oxymel. q. s.
M. f. electuar.
S. Latwerge, davon etwas im Munde zu halten.

†

2) ℞. ð. rad. zingiber.
pyrethr. ana ʒß
ſem. ſinap. ℈ij
gumm. maſtich. ʒiß
cardam.
cubebar. ana ℈j
mell. anthos. q. s.
M. f. electuar. detur in fictili.

†

5. *Expectorantes.*

1) ℞. Conſeru. roſar. antiq.
bellid. min.
ſcabios. ana ℥ß
ſuccin. ppt. ℈ij
flor. benzoës ℈j
ſyrup. hyſſopi q. s.
M. f. electuar.

†

2) ℞. Conſeru. heder. 🜃ſtr.
hyſſop. ana ℥ß
extract. veronic. ʒiß
balſam. de copaiu. ℈ij
flor. 🜍is ʒß
ſyrup. de farfara q. s.
M. f. electuar.

†

6. *Reſoluentes, abſtergentes.*

1) ℞. Conſeru. borrag.
bugloſſ. ana ℥j
ð. rad. ari
ſpec. diarrhod. Abbat.
ana ʒj
ſyrup. capill. ♀is q. s.
M. f. electuar.

†

2) ℞. Conſeru. betonic.
viſceral. ana ℥ß
extract. cent. min. ʒj
♁ij diaphoret. ♂lis ʒiij
ſyrup.

ſyrup. cort. citr. q. s.
M. f. electuar.

†

3) ℞. Rad. vincetox.
bardan. ana ℥ß
Herb. pyrol.
ſanicul. ana ʒij
gumm. ſuccin.
maſtich. ana ℈j
terebinth. coct. gr. xv.
ʒſentur, add. mell. deſpum. q. s. ad electuar.

†

4) ℞. Conſeru. roſar. antiq. ℥j
oc. ♋. ppt. ʒj
ſuccin. ppt. ʒß.
ſem. hyperic. ʒij
balſam. Peruuian. ʒß
ſyrup. de ſymph. q. s.
M. f. electuar.

†

7. *Adſtringentes.*

1) ℞. Conſeru. roſar. rubr.
heder. 🜄ſtr. ana ℥ß
corall. rubr. ppt.
lapid. haemat.
🜄ae Iapon. ana ℈ij
croc. ♂tis aperit. tener. ℈j
M. f. electuar.

†

2) ℞. Conſeru. abſinth.
viſceral. ana ʒvj
cort. caſcarill.
chin. chin. ana ʒiij
extract. gent. rubr. ʒj
ſyrup. cort. ⊙rnt. q. s.
M. f. elect. S. Fieber-Latwerge, davon zur rechten Zeit einer Caſtanien groß zu nehmen.

†

3) ℞. Conſeru. ſcabios.
bellid. ana ℥ß
C. C. philoſoph.
vnicorn. foſſil. ana ʒij
🜄ae catechu ℈j
M. P. de cynogloſs. ℈ß
ſyrup. acetos. q. s.
M. f. elect.

†

8. *Roborantes, analepticae.*

1) ℞. Conſeru. flor. tunic.
pulp. citr. ana ʒvj
rob. ceraſor. acid. ʒiij
condit. carn. citr. ℥ß
confect. alkerm. inc. ʒiß
ſyrup. acetos. citr. q. s.
M. f. elect.

†

2) ℞. Conſeru. roſar.
acetoſell.
Miuae cydon. ana ʒiij
rob. berb.
rub. id. ana ʒij
confect. de hyacinth. incomplet. ʒj
ſyrup. ceras. acid. q. s.
M. f. elect.

†

3) ℞. Conſeru. rad. cichor. ℥j
condit. rad. ſatyr.
zingib. ana ʒij
ſpec. aromat. roſ.
conf. alkerm. compl. ana ʒij
eſſent. ambr. ʒj
ſyrup. cinnam.
ſucc. gran. cherm. ana q. s.

F M. f.

M. f. elect. de quo bis per diem ad magnitud. nuc. auellan. ſumendum.

†

4) ℞. Electuar. diaſatyr. ℥j
condit. nuc. moſch.
eryng. ana ℥iij
♁. cinnam.
cardamom. ana ʒi
moſch. gr. iii.
ambr. gr. ii.
ſucc. gran. cherm. q. s.
M. f. electuar.

†

5) ℞. Succolad. ℥j
condit. zingib. ℥ß
rad. pimp. ʒij
raſur. priap. ceru. ʒiij
ſem. paſtinac.
eruc. ana ʒj
ſyrup. cort. ☉nt. q. s.
M. f. electuar.

†

6) ℞. Conſeru. menth. criſp.
centaur. min. ana ℥vj
♁. rad. gent. rubr.
ari ana ʒij
cort. caſcarill. ʒj
croc. ♂is ♁iat. tener. ʒß
ſyrup. cydon. q. s.
M. f. elect. S. Magen=ſtärckende Latwerge, davon einer Caſtanien groß eine Stunde vorm Eſſen.

†

9. *Linctus.*

1) ℞. ☍ amygdal. dulc. ℥j
ſyrup. violer. ℥ß
ſperm. cet.
ſacchar. cand. ana ʒij
M. detur tertia pars ſingulis horis.

†

2) ℞. ☍ lini ℥j
ſyrup. de alth.
eryſim. Lob. ana ℥ij
ſperm. cet. recent. ʒiß
ſacchar. violac. ʒij
M. d. ſingulis horis quarta pars.

†

3) ℞. Loch de ſarfar. ℥ij
♁. ari
ſyrup. hyſſop. & tusſilag. q. s.
vt fiat linctus.
S. Huſten ſtillender Saft.

†

4) ℞. Loch ſan. & expert.
ad aſthm. vſitat. ana ℥j
ſpecier. diair.
ſuccin. ppt. ana ʒij
ſucc. liquirit.
ſyrup. heder. ▽ſtr. ana q. s.
M. f. linctus.

# TABVLA VI.
## DE
# TROCHISCIS.

*I. DEFINITIO.*

T*Rochiſci* ſunt parui orbiculi, qui ſigno *ſtellae* ſignantur, & cum pilulis aliquo modo conueniunt. German, Stern-Küchlein.

*II. DIFFERENTIA.*

Trochiſci differunt

1. Ratione *vſus*, quo reſpectu alii ſunt
   1) *ſublinguales*, qui leni ſucceſſiva eliquatione in ore conſumuntur, & partim foetori oris emendando deſtinantur, partim vero ad praeſeruationem in morbis contagioſis ex opinione praeſcribuntur. Alii ſunt
   2) *Becchici*, quos adfectibus pectoris, tuſſiculoſis, phthiſicis &c. vulgo opponunt.
2. Ratione *temporis praeparationis*, quo intuitu alii ſunt
   1) *Officinales*, qui in officinis praeparati iam proſtant, e. g. trochiſci becchici albi, nigri, trochiſci de carabe, trochiſci alhandal. Alii ſunt.
   2) *Magiſtrales*, qui a Medico praeſcribuntur, & in officinis ex tempore præparantur.
3. Trochiſci differunt a *rotulis*; hae enim cum *ſaccharo*, illi autem cum *mucilagine*, in liquore conueniente ſoluta, excipiuntur.

*III. MATERIA SEV INGREDIENTIA.*

1. *Baſis* & *adiuuantia* ſunt
   1) Pulueres modo inſipidi, modo grati ſaporis.
   2) Succi inſpiſſati.
   3) Gummata.
   4) Reſinae.
   5) Nuclei.
   6) Mineralia.
   7) Olea deſtillata.
   8) Electuaria.
   9) Non raro, nec incongrue, trochiſcis & morſulis flauedo cort. citr. iungitur.
2. *Excipientia.* Haec vti in genere mucilaginoſa, ita in ſpecie varia ſunt, e. g.
   1) Mucilago *tragacanth.* quae omnium frequentiſſime adhibetur.
   2) Mucilago ſem. *pſyll.*
   3) *Succi vegetabilium.*
   4) *Gummi Arabicum.*
3. Quando ingredientia per ſe *viſcida* iam ſunt & *tenacia*, vti gummata, non opus eſt peculiare viſcidum excipiens iungere, ſed ſufficit, ſi loco tragacanthae mel, ſyrupus, extractum, vel ſuccus quidam inſpiſſatus recipiatur.

4. De ingredientibus in ſpecie adhuc notandum eſt, quod pro

1) *Diuerſitate ſcopi differant*, e. g. trochiſcis *ſublingualibus*, qui correctionem *foetoris* reſpiciunt, adduntur moſchus, ambra, zibeth, ☋. lign. Rhod. caryophyllor. cardamom. cinnamom.

2) Trochiſcis autem, ſic dictis *praeſeruantibus*, adduntur extracta radicum alexipharmacarum, item myrrha, aromata.

3) Trochiſci *becchici* parantur potiſſimum ex ſpeciebus ſic dictis expectorantibus, e. g. puluere rad. liquirit. irid. Flor. helen. benz. flor. ♀is.

*IV. MAGNITVDO ET DOSIS.*

1. Veteres trochiſcos ita groſſos formabant, vt ʒj. pondere referrent.

2. Recentiores autem pondus trochiſcorum vltra 6. grana, aut ad ſummum ℈ß non extendunt. Ordinarie & praecipue, quando ambrati ſunt trochiſci ad ij. vel iij. grana tantum illorum pondus adſcendit.

3. In genere obſeruandum eſt, quod ſi ex *actiuioribus* conſtent ingredientibus, minore doſi, ſi vero ex minus actiuis principiis, doſi maiore praeſcribendi ſint.

4. Quando *vſui* tantum *externo*, nempe *ſuffimigiis* deſtinantur, vel etiam in ore detenti, ſenſim liqueſcendo deglutiuntur, nil intereſt, ſi doſis paullulum maior ſit.

5. Proportio ingredientium & excipientium determinari quidem vix poteſt, ſed pharmacopoei arbitrio illa plerumque relinquitur, notare tamen conuenit, quod *excipientis* quantitas ad *excipiendos* pulueres & alia craſſiora, debeat eſſe *tripla* vel *quadrupla*. In penetrantioribus *dupla* portio proficit.

*V. REGVLAE.*

1. Trochiſci apud veteres in frequentiori erant vſu, hodie autem raro praeſcribuntur, niſi quidem infantum & puerorum palato ſatisfacere velimus.

2. Quoniam in ore detinendi ſunt trochiſci, cauendum eſt, ne ingrata remedia eorum compoſitionem ingrediantur.

*VI. FORMVLAE.*

1. *Trochiſci ſublinguales ad foetorem oris.*

℞. ♁. rad. irid. Flor. ʒiß
trochiſc. aliptae moſchat.
gall. moſchat.
ana ʒß
confect. alkerm. compl. ℈ij
ſacch. alb. ℥ij
M. c. f. q. mucilag. tragacanth. cum ▽. roſar. ppt. f. l. a trochiſc.
S. Mund-Küchlein unter der Zunge zu behalten.

†

2. *Trochiſci ſublinguales ad praeſeruandum in malignis.*

℞. Specier. liberant ʒiß
extract. pimp. alb. ℈j
valerian.

theri-

theriacal. ana ℈ß
🜄. deſtillat. rut.
iunip. ana gtt. iij
ſacch. albiſſ. ℥ij
M. c. ſ. q. mucilag. tragacanth. cum ▽. ſcord. ppt. f. l. a. trochiſc.
S. Mund=Küchlein in anſte=ckenden Kranckheiten alle Morgen 2. zu nehmen, auch eines unter der Zungen zu halten.

†

3. Trochiſci *becchici* ſ. *pectorales*.
℞. Succ. liquirit. inſpiſs.
rad. irid. Flor. ana ʒij
helen. ʒj
amygdal. ℥iß
ſtyrac. calamit. ʒj
flor. ♀is ℈j
benz. ℈ß
🜄 deſtillat. anis. gtt. xii.
ſacch alb. ℥iiß
M. c. ſ. q. mucilag. tragacanth. in ▽. hyſſop. f. l. a. trochiſc.
S. Bruſt=Küchlein, wider das Keichen und Huſten.

†

4. Trochiſci *fumales*, ſ. *fumifici*.
℞. Gumm. benz. ℥j
oliban.
lign. aloës ana ℥ß
ſantal. flau. ʒij
ſacch. alb. ℥j
zibeth.
ambr. ana ʒß
Ʒiſata fiant c. ſ. q. mucilag. tragacanth. in ▽. roſar. ſolut. trochiſci.
S. Räucher=Kertzlein.

# TABVLA VII.
## DE
# ROTVLIS.

*I. DEFINITIO.*

ROtulae ſunt placentulae minores rotundae, ſiccae, ex parte vna ſpecierum conuenientium & tribus quatuor, immo pluribus partibus ſacchari paratae. Dicuntur etiam *orbiculi*.

*II. DIFFERENTIA.*

1. Quae differentia ſit inter *rotulas* & *trochiſcos*, praecedente tabula de trochiſcis indicauimus,
2. *Rotulae* & *morſuli* magnam quidem habent conuenientiam, differunt autem
   1) ratione *figurae*: rotulae enim ordinarie ſunt rotundæ, morſuli autem quadrati & oblongi.
   2) Ratione *magnitudinis*: nam rotulae ſunt minores, morſuli autem maiores.
   3) Ratione *ingredientium*: morſulis enim praeter pulueres addun-

adduntur conſeruae, condita & fructus, aliaque craſſiora, quae in *rotulis* exſulare debent.

*III. MATERIA.*

1. *Ingredientia.* Rotulae parantur
   1) modo ſimpliciter ex ſaccharo, in aqua quadam deſtillata ſoluto & inſpiſſato. Ex hoc magmate funduntur poſtea in marmore polito rotulae, quales ſunt illae, quae abuſiue vocantur: *manus Chriſti ſimplex*.
   2) Modo ex *ſolis ſuccis acidulis*, e. g. ſucc. ribium, berber. cum ſaccharo coctis & inſpiſſatis. In hoc autem caſu, ne ſapor acidulus ſupprimatur, tribus ſucci partibus vnica tantum ſacchari additur. Quod ſi vero gratiores adhuc deſiderantur rotulae, addi poteſt drachma vna vel altera eſſentiae ambrae, vel ſcrupulus olei deſtillati fragrantis.
   3) Modo ex *ſolis oleis deſtillatis* & *ſaccharo* in aqua deſtillata ſoluto, quales ſunt rotulae *carminat. Mynſichti*.
   4) Reliqua rotularum ingredientia ſunt
      a) *Pulueres ſimplices*, e. g. oc. ♋. ppt. margarit. ppt. ſuccin. ppt. oliban. maſtich. benz.
      b) *Pulueres compoſiti*, e. g. ſpec. diambr. diamoſch. diair. diamargarit.
      c) Nonnumquam extract, vt & conf. alkerm. adduntur.
      d) Aliquando pro effectu laxante additur reſin. ialapp. ☿. dulc. extr. rhabarb.
2. *Excipiens* rotularum eſt *ſaccharum* ſimplex ſiue roſatum.

*IV. DOSIS.*

1. *Pondus ſingularum* rotularum adſcendit communiter ad ſcrupulum vel ʒß.
2. Tota autem portio, quae pro vna vice paratur, non debet eſſe infra libram ſemis. Minor enim portio commode non poteſt præparari.
3. Praeſcribuntur rotulae ab ℥j ad ℥iß.

*V. REGVLAE.*

1. Rotularum formulae parum hodie ſunt vſitatæ, niſi forte ad ſcopum *analepticum*, vel ad delicatorum aegrotorum palatum ordinentur.
2. Nonnumquam in *ardore & inflammatione faucium*, in *tuſſi* itidem pectorali, & foetida exſpiratione ordinantur, & dicuntur: Bruſt-Küchlein. Effectus harum rotularum eſt leniens, temperans, abſtergens & expectorans.
3. Quod ſacchari, tamquam excipientis, quantitas ordinarie excipiendorum quantitatem debeat ſuperare, ſuo loco iam dictum eſt. Quoniam autem conſiſtentia ſacchari ſolida impedit, quo minus commode formari queant rotulae, in aqua deſtil-

lata prius ſolui, & ad ſpiſſam ſyrupi conſiſtentiam coqui debet.

4. Totum artificium conſiſtit in legitima ſacchari coctione, daß er flieget oder ſpinnt. Haec conſiſtentia quando vel actu obtenta eſt, vel proxime imminet, immiſcentur ſpecies ad ſcopum medicum directae.

5. In ſpecie notandum eſt ſub debito hoc momento commixtionis, ne ſaccharum diutius cum ſpeciebus coquatur, alias ſolideſcentiam ſuam ſemi-cryſtallinam amittit.

6. Rotulae non bene tolerant *terreos* pulueres, & ingredientia *ſalina*. Illi enim conſiſtentiam nimis denſam & tenacem, hae autem nimis laxam & fluidam reddunt.

*I. FORMVLAE.*

1. *Purgantes anthelminticae.*

℞. Pulu. ialap. ℈j
ſemin. ſanton. ʒß
ſacchar. alb. in aqua graminis ſolut. & inſpiſs. q. s.
f. l. a. rotulae pro duabus vel tribus doſibus.

†

2. *Pectorales.*

1) ℞. Specier. diair. ſimpl. ℥ß
ſucc. liquirit. ʒij
extract. enul. ℈ij
flor. benz. ℈j
ſacchar. in ▽. tusſilag. ſolut. q. s.
f. l. a rotulae.
S. Bruſt=Küchlein, davon Morgens und Abends etliche ſo blos zu nehmen.

†

2) ℞. ♁. rad. irid. Flor. ℥ß
ſucc. liquirit. inſpiſſ. ʒij
flor. ♀is. ℈ij
f. c. ſ. q. ſacchar. cand. in ▽. hyſſop. ſolut. rotulae.

†

3) ℞. Spec. diatragacanth. frigid.
ſucc. liquirit. ana ʒij
ſacch. in ▽. flor. papau. errat. ſol. q. s.
f. rotulae.
S. Küchlein im ſcharffen Schnupfen und Huſten zu gebrauchen.

†

3. *Sublinguales, particulariter ſalivantes.*

℞. Rad. pyreth.
zingib. ana ʒj
cubeb.
cardam.
pip. long. ana ʒß
ſacchar. cand. in ▽.
cinnam. ſolut. q. s.
f. rotulae ſub lingua tenendae.

†

4. *Cephalicae.*

℞. Spec. diambr.
diamoſch. ana ʒi
cephal. Mich.
confect. alkerm. ana ʒß
♂ deſtillat. cinnam. gtt. vi.
f. c. ſ. q. ſacchar. cand. in ▽. meliſſ. ſolut. rotulae.
S. Haupt=ſtärckende Küchlein.

TAB.

# TABVLA VIII.
## DE
# MORSVLIS
## SEV
# TABVLIS.

*I. DEFINITIO.*

MOrſuli ſunt medicamentum ſolidum & quadratum, ex pulueribus, conſeruis, conditis, confectionibus & ſextupla circiter ſacchari ſoluti portione paratum. Germ. Morſellen.

*II. DIFFERENTIA.*

1. *Morſuli* dicuntur, quia mordendo adſumuntur.
2. *Tabulae* autem vocantur a figura.
3. Dicuntur etiam a nonnullis *electuarium ſolidum* ob ingredientium conuenientiam.
4. *Morſuli* quo modo a *rotulis* differant, praecedente tabula dictum eſt.

*III. MATERIA.*

1. *Baſis* ſeu *ingredientia*.
   Praeter *pulueres*, qui rotulas ingrediuntur, *morſulis* addi ſolent
   1) Conſeruae.
   2) Fructus, e. g. nuclei pin. amygdal. dulc.
   3) Radices conditae.
   4) Electuaria.
   5) Extracta.
   6) Olea deſtillata.
   7) Nonnumquam partes animalium, e. g. priapus tauri, cerui, vti & ſtincus marinus.
2. *Excipiens*, quod prorſus conuenit cum illo rotularum, nempe ſaccharum vel ſimplex vel roſatum.

*IV. DOSIS.*

1. Morſuli infra ℔ß. commode non poſſunt praeparari.
2. Praeſcribuntur autem pro re nata ℥ß. ad aliquot vncias.

*V. REGVLAE.*

1. Quas regulas de *rotulis* praeparandis dedimus, illae fere omnes valent etiam de *morſulis* formandis.
2. Quamquam autem *morſulorum* vſus hodie rarus ſit, praerogatiuam tamen prae *trochiſcis* & *rotulis* habet.
3. *Iunioribus* pro ſcopo cathartico & anthelmintico, *adultioribus* autem ad praeoccupandas infectiones malignas vulgo praeſcribuntur.
4. Praecipue etiam morſuli pro ſcopo *ſtomachico* ſolent ordinari, quo nomine apud *acidulas* & *thermas* clari ſunt, & vocantur Magen=Morſellen, Brunnen=Morſellen.

VI. FOR-

## VI. *FORMVLAE.*

1. *Morſuli purgantes.*

1) ℞. Conſeru. flor. perſic.
rosar. ana ℥ij
♁. ialapp. ʒj
ſem. anis.
cort. cinnam.
N. moſchat. ana ʒß
f. c. ſ. q. ſacch. in ▽. roſar.
ſolut. morſuli purgantes
ad pondus ℥ß
†

2) ℞. Sem. ſanton. ♁iſat. ℥j
☿ij dulc. ℥ß
reſin. ialapp. ʒj
ſacch. roſat. q. s. f. l. a.
morſuli.
S. Morſellen wider die Würme.
†

2. *Stomachici & cephalici.*

℞. Conſeru. menth. anthos.
condit. nuc. Indic. ana ℥j
rad. acor. galang. ari ana ʒij
zedoar.
cardamom.
cinnamom. ana ʒj
c. s. q. ſacch. in ▽. melliſſ. ſolut.
f. morſuli.
†

3. *Roborantes.*

℞. Condit. cort. ☉nt.
citr. ana ℥j
rad. zingib.
eryng.
conf. alkerm. compl. ana ℥ß
amygdal. dulc. excortic. ʒvj
M. c. ſ. q. ſacchari optimi, in ▽.
cinnamom. ſoluti, f. l. a.
morſuli.
S. ſtärckende Morſellen, davon des Tages etliche mal eine portion zu nehmen.
†

4. *Confortantes.*

℞. Spec. diambr.
diamoſch. ana ʒß
ſuccin. ppt.
℥. ♁ii ana ℈j
c. ſ. q. ſacchari in ▽. ſalu. ſolut.
f. l. a. tab. per vices comedendae.
†

5. *In Soda.*

℞. Cret. albiſs. ʒij
corall. ppt.
conch. ppt. ana ʒj
N. M. ʒß
c. s. q. ſacchari, in ▽. portulac.
ſoluti, f. morſuli.
†

6. *Fragrantes in foetore oris.*

℞. Spec. diacinnam.
aromat. roſ. ana ʒij
condit. cort. ☉nt.
pimpin. alb. ana ℥ß
c. s. q. ſacchari, in ▽. nymph.
ſolut. f. l. a. morſuli.

# TABVLA IX.
## DE
# MIXTVRIS CONCENTRATIS.

*I. DEFINITIO.*

M*ixturae concentratae* ſunt medicamenta, ex ſpirituoſis combinata, & guttulis communiter interne ſumenda, vel nonnumquam etiam externe adplicanda.

*II. DIFFERENTIA.*

1. Mixturae concentratae quomodo a mixturis *diffuſis* differant, ſequente TAB. indicabimus. Diſtinguunt etiam inter concentratas & ſemiconcentratas, quae ex ſpirituoſis quidem mixtae, ſed ad cochl. ß. propinantur.

2. Hic differentiae loco notamus, quod mixturae concentratae non tantum pro vſu interno, ſed etiam externo praeſcribantur. Internae vocantur & ſubſcribuntur: Schweiß = treibende, Blut = reinigende Mixtur, davon 30-40. Tropfen auf einmal. Externae: Glieder = Spiritus, Nervenſtärckender Spiritus.

3. Quae pro vſu interno miſcentur, conſtant vtplurimum ex eſſentiis, tincturis, elixiriis, ſpiritibus, oleis, balſamis.

4. Neque Medici neque pharmaceutae accurate obſeruant differentiam, quae eſt inter tincturam, eſſentiam & elixirium, ſed adpellationem ſaepe variant, e. g. tinctura ſuccini, eſſent. ſuccini, tinctura cort. ⊙nt. eſſent. cort. ⊙nt.

5. Secundum accuratam autem diſtinctionem ſequente ratione differunt:

1) *Tinctura* dicitur, quando menſtruum colore diaphano, ſiue rubro, ſiue flauo, ſiue viridi, ſiue coeruleo tingitur.

2) *Eſſentia* vocatur, quando color eſt opacus, turbidus, brunneus, ater.

3) *Elixirium* adpellantur mixturae illae, quae vel immediate ſub ipſo mixtionis actu, vel poſt aliquam digeſtionem paulo intimius coëunt. e. g. ſi aliquot guttae olei cuiusdam miſcentur cum eſſentia quadam, mox ab hac ſoluuntur & quaſi imbibuntur. Quando autem digeſtioni reponitur talis eſſentia, plus olei imbibere ſolet.

6. Denique etiam notandum eſt, quod mixturae tales concentratae interdum a priori denominentur, e. g. quando miſcentur tinct. ♃ii & ⌒ c. c. vocamus hanc modo mixturam, germ. vermiſchte Eſſenz, modo tincturam neruinam. Ita etiam

iam cum mixtura ſeu eſſentia balſamica *Stahlii* ſe res habet.

*III. MATERIA* & *DOSIS* generalis & ſpecialis.

1. *Materia* ſub differentia iam nominata eſt.
2. *Quantitas* accurata non poteſt determinari.
3. In genere vltra ℥ij non praeſcribi ſolent, ſiue pro externo, ſiue pro interno vſu.
4. *Proportio* miſcendorum multò minus accurate obſeruatur. Poſſumus tamen ſequente ordine incedere, e. g. eſſent. tinct. & elixir. ℥ß. ♎uum ℥. balſam. ol. deſtill. gutt.
5. *Doſis* ſpecialis ſunt gtt. xx. xxx. xL. & vltra.

*IV. REGVLAE.*

1. Mixturae, & concentratae & diffuſae, multam communiter vanitatem redolent, dum innumerae fere ſpecies miſcentur ad eruditionis oſtentationem. Hinc cauendum, ne loco prudentis mixtionis confuſa miſcellanea congerantur, ſed talia ſeligantur, quae quoad eſſentiam ſibi conueniunt, & morbo ipſi adpropriata ſunt.

*V. FORMVLAE.*

1. *Purgantes.*

1) ℞. Reſin. ialapp. gr. viii.
ſolu. in ♎. ceras. ℥iij
adde iulep. roſac. ℥j
M. d. S. purgirende Mixtur auf ein mal.

†

2) ℞. Reſ. ſcammon. gr. vj
ſolu. in ♎. foenicul. ℥iij
adde iulep. violar. ℥j
M. d. S. vt antea.

†

3) ℞. MR. ſimpl. non camphorat. ℈iv
extr. panch. *Croll.* ℈j
M. d. s. laxirende Mixtur, davon alle 2. Stunden ungerüttelt 40 Tropfen, bis es laxiret.

†

4) ℞. Eſſent. alexiph. *Stahlii* ℥ij
ſpirit. ♀i rect. ℥j
⊕li ℈j
extr. cathol. ℥j
M. S. vt antea.

†

2. *Diaphoreticae, alexipharmacae, bezoardicae.*

1) ℞. Eſſent. pimpin. alb. ℥ß
vincetox. ℥ij
ſcord. ℥j
♉. bezoard. *Wedel.* ℈j
M. S. Fieber-Mixtur 30. Tropfen auf einmal.

†

2) ℞. Eſſent. alexiph. *Stahl.* ℥iij
♎. ⊕li ℈j
M. d. 30. gtt. pro doſi.

†

3) ℞. Eſſent. angelic.
imperator. ana ℥ij
dictamn. alb.
carlin. ana ℥j
♎ ♀i rectif. ℈ij
⊕li ℈j.
M.

†

4) ℞. Tinct. bezoard. *Michael.*

MR. ſimpl. non camphor. ana ℥iß
M.

†

5) ℞. Eſſent. valerian.
gent. rubr. ana ℥ij
MR. ſimpl. ℥j
M.

†

6) Eſſentia diaphoretico-diuretica.
℞. Eſſent. alexiph. *Stahl.*
Tinct. ♁ii ♀iſat. ana ℥ij
ſuccin. ℥j
M. dos. 30. gtt. bis per diem.

†

7) Item.
℞. Eſſent. pimp. alb.
ſcord. ana ℥ij
🝇. ⦶i dulc. ℈ij
M. d. 30. gutt.

†

8) Item.
℞. Eſſent. alexiph. ʒß
liq. C. C. ſuccinat. ℥j
M. pro phlegmaticis.

†

3. *Diureticae.*
1) ℞. Tinct. ♀ri.
Eſſent. alexiph. ana ℥ij
M.

†

2) ℞. Tinct. ♁ii ♀iſat. ℥ij
Eſſent. ſuccin. ℥j
myrrh. ʒß
M.

†

3) ℞. Tinct. ♀ri acris ℥ij
🝇. C. C. rectif. ℥j
M.

†

4) ℞. Tinct. ♁ii ♀iſat. ℥ij
🝇. ⊖✱ci ℥j
M.

†

5) ℞. Eſſent. lignor.
pimp. alb. ana ℥j
cort. ⊙nt.
adianth. alb. ana ʒß
croci ℈j. M.
S. Mixtura diuretico-tonica pro phlegmaticis.

†

4. *Emmenagoga & partum pellentes.*
1) ℞. Eſſent. myrrh.
ſuccin. ana ℥j
tinct. ♁ii ♀iſat. ℥ij
M. d. ſ. eſſentia emmenagoga dos. 25. gutt.

†

2) ℞. Eſſent. alexiph. *Stahl.*
millefol. ana ℥ij
carminat. Wed.
elixir. vterin. ana ℥j
M. S. vt antea.

†

3) ℞. Eſſent. adianth. alb.
ſcord.
pimp. ana ℥j
cinnam.
caſtor. ana ʒß
M. S. vt antea.

†

4) ℞. Tinct. ⊖is ♀i acris.
♂is aperit. *Ludou.*
ana ʒß
eſſent. croc. ʒß
M. S. vt antea.

5. *Expe-*

†

5. *Expectorantes.*

1) ℞. Eſſent. alexiph. ℥ij
ſuccin.
tinct. ♃ii ♀iſat. ana ℥j
M.

†

2) ℞. Tinct. ♀i acris
eſſent. amar. ana ℥ij
♌ ⊖✳ci aniſat. ℥ß
M.

†

3) ℞. Gumm. ✳ci ℥j
galban.
ſagapen. ana ℈ij
myrrh.
elem.
carann. ana ℥ß
Rad. helen.
pimpin. alb.
angelic. ana ℥j
Extrahatur cum 🜅 deinde 🜅 abſtrahatur ad extracti formam. Extractum autem ſoluatur in ſ. q. ♌ ⊖✳ci vrinoſi. Doſ. gtt. xxx. xl. in aſthmate humido.

†

4) ℞. Eſſent. pimp. alb. ℥ß
caſcarill. ℥ij
🝆 aniſi gtt. iv.
M.

†

5) ℞. 🝆 amygdal. dulc. ℥j
ſperm. ceti rec. ℥iij
liq. C. C. ſuccinat. ℥ß.
M. agitetur ſuper leni igne.
S. mixtura pectoralis.
Vratislau. hiſt. in metu ſuffocationis.

†

6. *Adſtringentes.*

1) ℞. Tinct. corall. ℥ij
🜄ae catech. ℥j
M. ſ. bis per diem 25-30. gtt.

†

2) ℞. Tinct. corall. ℥ij
eſſent. traumat. *Wedel.* ℥j
M.

†

3) *Externe.* ℞. 🜅 Riſſ. ℥j
♌. terebinth. gtt. xx.
M.

†

7. *Reſoluentes, abſtergentes, incidentes, diſcutientes.*

1) ℞. Eſſent. pimp. alb.
ſuccin.
tinct. ♃ii ana ℥ij
M. dos. 30-40. gtt.

†

2) ℞. Eſſent. alexiph. *Stahl.*
ſuccin.
tinct. ⊖is ♀i ana ℥j
M. S. eſſentia catarrhalis.

†

3) ℞. tinct. ♃ii ℥ij
♌. C. C. rect. ℥j
M.

†

4) ℞. Eſſent. lign. ſaſſafr.
pimp alb. ana ℥ij
liq. C. C. ſuccinat. ℥j
M.

†

5) ℞. Eſſent. trifol. fibrin.
angelic.
enul. ana ℥j
MR. ſimpl.

Tinct.bezoard. *Mich.* ana ʒß

M. S. mixtura diſcutiens.

†

6) ℞. Eſſent. alexiph.
tinct. ♄ii ana ʒiß
liq. C. C. ſuccinat. ʒj
M.

†

7) ℞. Tinct. ♀i ʒij
ſuccin. ʒj
balſam. de copaiu. ℈j
M. S. MRa abſtergens in iſchuria, dos. 30. gutt. bis per diem.

†

8. *Tonicae, neruinae, diſcutientes, roborantes, analepticae, carminatiuae, ſtomachicae.*

1) ℞. Tinct. ♄ii ♀iſat. ʒij
♌, CC. ʒj
M.

†

2) ℞. Eſſent. millefol.
adianth. alb.
tinct. ♂tis *Ludou.* ana ʒij
M.

†

3) ℞. Eſſent. pimp. alb.
cort. caſcar. ana ʒij
♌ ⊖✳ci ʒj
M.

†

4) ℞. Tinct. ♂is elleborat. *Wedel.*
eſſent. carminat. eiusd. ana ʒij
M.

†

5) ℞. Eſſent. gent. rubr.
abſinth.
cort. ☉nt. ana ʒj
macis ℈ij
M.

†

6) ℞. Eſſent. cort. citr.
☉nt. ana ʒij
☋ deſtillat. foenic. gtt. xu.
M.

†

7) ℞. Eſſent. ſuccin.
Tinct. ♄ii ana ʒij
♌. C. C. rectiſ. ʒj
M.

†

8) ℞. Eſſent. cort. citr.
carminat. *Wedel.* ana ʒiß
♌ ⊖✳ci anis. ℈ij
♀i ℈j
M. S. *mixtura anticolica* gutt. 30.

†

9) ℞. Tinct. ☽i cum reg. ♄ii ♂iali fixat. ʒij
♌. C. C. mediocriter dephlegmati, probe tamen rectific.
liquor. C.C. ſuccin. ana ʒj
M. vid. num. 1.

†

10) ℞. Eſſent. pimp. alb. ʒij
millefol. ʒj
caſcarill.
♌ ⊖✳ci anis. ana ʒß
M.S. mixtura hypochondriaco-hyſterica.

†

11) ℞. Tinct. ♀i. ʒij
ſpir. ⊖✳ci ℈ij

M. S.

M. S. tinctura tonica, vid. num. 1.

†

12) ℞. Tinct. ♁ii ʒij
liq. C. C. ſuccinat. ℈ij
M. vid. num. 1.

†

13) ℞. Eſſent. abſinth. compoſ.
cent. min. ana ʒß
∽. aniſi
⦶i dulc. ana ℈ij
tinct. corall. ʒj
M.

†

14) ℞. Eſſent. dulc.
cinnam. ana ʒj
ambr. ʒß
tinct. corall. ʒij
M.

†

15) ℞. Tinct. ⊕l. ♂is *Zwoelff.*
liq. ▽ae fol. ♀i ana ʒß
elix. ⊕li *Mynſicht.* ʒj
M.

†

16) ℞. Eſſent. gent. rubr.
myrrh.
cort. caſcarill.
lign. aloës.
caſtor. ana ʒj
MR. ſimpl. ʒij
M.

†

17) *Mixtura reſoluens antiuenerea.*
℞. Eſſent. lign.
pimp. alb.
eſſent. ſuccin. ſine alcal.
ana ʒj
tinct. ♁ij ʒij
∽ terebinth.
balſam. de copaiu. ana ℈ß
M.

†

18) *Mixtura reſoluens antiſcorbutica.*
℞. Tinct. ♁ij ʒij
⊕li ♂s *Ludw.*
eſſent. trifol. fibrin. ana ʒj
M.

9. *Mixturae concentratae externe adhibendae.*

†

1) *Mixtura balſamica Stahlii.*
℞. Eſſent. myrrh. ʒij
ſuccin. ʒj
🝆 terebinth.
balſ. de copaiu. ana gutt. III–IV.
M.
S. Balſamiſche MR. in fleiſchichten Schäden zu gebrauchen.

†

2) ℞. Eſſent. ſuccin. ʒij
gumm. elem.
maſtich.
myrrh. ana ʒj
∽ terebinth. gutt. xxx.
M. S. balſamiſche Mixtur bey Verletzung ohnblutiger Theile zu brauchen.

†

3) *Mixtura odontalgica.*
℞. Tinct. odontalg. *Mynſicht.* ʒij
Eſſent. lign. guaiac. ʒj
M. cum goſſypio denti adplicetur.

4) *Mix-*

†

4) *Mixtura neruina.*
℞. 🜈i camph. ℥j
lumbr. 🜃ſtr.
formicar. ana ℥ß
ſerpill. abſtr. ℥j
eſſent. caſtor. ʒij
M.

†

5) *Mixtura reſoluens.*
℞. Eſſent. myrrh.
🜈i camph. ana ℥ß
tinct. aloës ʒij
theriac. *Androm.* ʒj
🝆 cinnam. ℈j
M. in gangraena.

†

6) ℞. 🜊. theriac. camph.
vin. camph. ana ℥ß
Eſſent. ſuccin.
🜊. terebinth. ana ʒj
M. in punctura tendinis.

†

7) ℞. 🜄. apoplect. *Lang.*
Reg. Hungar. ana ℥ß
🜊. vin. camph.
🜹ci rectif. ana ʒij
🝆 deſtillat. foenicul. ʒß
M. adplicetur cum linteo.

†

8) ℞. 🜊. lumbr. 🜃ſtr.
eſſent. caſtor.
croc. ana ʒj
🝆 deſtillat. N. M. gtt. vi.
M. adplicetur perinaeo ad incontinentiam vrinae.

†

9) *Mixtura reſuſcitans in apoplexia lipothym.*
℞. 🜊. lilior. conuall.
🜄. Hungar. ana ʒij
⦶. Alis vrin. ʒj
ſuccin.
armon. ana ʒß
M. naribus admoueatur & pulſui.

†

10) ℞. 🜈R. alcohol. ʒij
🜊. C. C. rect.
eſſent. caſtor. ana ʒj
🝆. deſtillat. lign. Rhod. gtt. iij
M. in lipothym. & ſyncope.

†

11) *Mixtura errhina & ptarmica.*
℞. 🜊. 🜹ci rectif. ʒij
🜄. Hung.
eſſent. caſtor. ana ʒj
M.

†

12) *Mixtura ad ſtomacacen.*
℞. 🜊. cochlear. ℥ß
eſſent. ſuccin. ʒiij
myrrh. ʒij
tinct. gumm. lacc.
ſanguin. dracon. ana ʒj
M.

†

13) *Mixtura topica in arthritide & tumoribus inflammator.* alias vocatur *ſapo chymicus.*
℞. 🜔. ♀i ℔j
♁ij crud. ℔ß
♀is ¼ ℔.
Funde ad ſcorias; (NB. non debet fieri regul.) ſcorias nondum refrigeratas tunde & imbibe 🝆 iuniperi vel terebinth. q. s. ad

ad conſiſtentiam pulmenti. Tum adfundatur $\overset{S}{\nabla}$R. bis vel ter repetendo infuſionem, & denique aliquam ♌us partem abstrahendo, vt bene ſaturata & ſpiſſa tinctura, (improprie ſapo dicta) ſuperſit. Vſus eſt externus, quidam interne ad tusſim commendant; dos. gutt. xxx.

# TABVLA X.

## DE POTIONIBVS.

*I. DEFINITIO.*

POtiones ſunt mixturae liquidae, interne vna vel pluribus vicibus ſumendae, atque ex variis ingredientibus tam ſolidis quam fluidis mixtae.

*II. DIFFERENTIA.*

1. Mixturae liquidae ſunt
   1) Vel *concentratae*, quae in pauca quantitate ex *ſpirituoſis* miſcentur.
   2) Vel *extenuatae*, & *diffuſae*, quas aquoſae etiam ſpecies, & quidem maiore quantitate, ingrediuntur, & ad has pertinent *potiones*, *iulepi*, & aliae formulae.
2. *Potiones* differunt a *iulepis*. Hi enim conſiſtentiae ſunt tenuioris, dilutioris & fere diaphanae, ex multa ▽ & pauco ſyrupo praecipue conſtantes. Contrarium in *potionibus* reperitur, quæ ſunt turbidiores, ſpisſiores, & ſubinde etiam puluerulenti quid vna continent.

*III. MATERIA.*

1. *Excipiens.*
   1) *Aquae deſtillatae* tam ſimplices, quam cum vino paratae, vt & compoſitae.
   2) Nonnumquam loco aquarum deſtillatarum ſumitur *decoctum* aut *infuſum* quoddam, v. g. tamarindorum; id quod potisſimum locum habet in potionibus purgantibus; item infuſum ſennatum, rhabarbarinum.
2) *Addenda*, quae ſunt
   1) *Pulueres*, tam ſimplices quam compoſiti.
   2) *Extracta.*
   3) *Eſſentiae.*
   4) *Tincturae.*
   5) *Elixiria.*
   6) *Spiritus.*
   7) *Confectiones.*
   8) *Succi.*
   9) *Rob.*
   10) *Salia* omnis generis.
   11) *Sirupi* aut variae *ſacchari*

ſpecies, quae edulcorationis gratia reliquis adduntur.

3. Horum omnium *proportio* ſequens eſſe poteſt.

Aquar. deſtill. ſimplic.
Infuſ. } ℥j
Decoct.
Aquar. vinoſar. vnc. ſemis.
Aquar. ſpirituoſar. ʒij
Succ. Rob. ] ʒj - ʒij
Elixir.
Eſſent. } ʒß - ʒj - ʒij.
Tinctur.
Spiritus. ℈j - ʒß.
Electuar. ʒß
Confection. ℈j - ʒß.
Puluer. ℈j - ʒß.
Sal. volatil. gr. IV - ℈ß.
Ol. deſtillat. gutt. j.
Sirup. ʒj - vnc. ſemis.

Et ſic recipiuntur ad quamuis vnciam aquarum ſucc. ʒij. ſpiritus ʒß. ♌. ard. ʒj. vel tincturae acris ʒß. extract. mitioris ℈j. acrioris ℈ß. ☋. deſtillat. gutt. v. ⊖is ♈is ʒß. △lis ℈ß. ☿um ℈j. ſirupi ʒj. vel minus, ſi reliqua non fuerint ingrata. Pro lubitu autem haec proportio poteſt variari.

*IV. DOSIS.*

1. Potio pro vna doſi requirit aquae vnc. vnam, pro pluribus ſufficiunt vnc. tres-quinque.

2. Si cochleatim ſumenda ſit potio, neceſſe eſt, vt ingredientium doſis reſpectu aquae duplicetur; artificioſe alioquin tot requiruntur doſes, quot ſunt aquarum vnciae.

*V. REGVLAE.*

1. Mixturae liquidae ſeu potiones & ſirupi prae multis aliis formulis vſu receptae ſunt. Gratiores enim ſunt & facilius poſſunt adſumi.

2. *Purgantes* potiunculae reliquis aliquo modo ſunt ſpisſiores, vt eo melius vna vice adſumi queant. Si vero magis dilutae deſiderentur, maior aquarum doſis addatur.

3. Quoniam autem in hiſce potionibus multiplicia remedia, communiter ſine ratione, in vnum quaſi chaos confunduntur, *confuſiones* a nonnullis dici ſolent. Hinc prudente ſelectu talis miſcela inſtituenda eſt, ne ſalutaris effectus impediatur.

4. Euitetur fucus ille vanus, qui folia auri hiſce mixturis addere iubet.

*VI. FORMVLAE.*

1. *Emeticae.*

1) ℞. Sirup. de cichor. c. rhab. vnc. ſemis.
emetic. ʒvj
⊖is abſinth. gr. v.
▽. meliſſ. ʒiij
M.

†

2) ℞. Oxyſacchar. emetic. diacydon. ſuc. ialapp. ana ʒij
▽. borrag. bugloſſ. ana vnc. ſemis.
M.

3) ℞. ▽.

†

3) ℞. ▽. rub. id.
cichor. ana vnc. ſemis.
cinnam. ſ. vin. ʒj
♀i emetic. gr. iii.
Sirup. cort. ☉ntior. ʒij
M.

†

4) ℞. Sirup. ceras. acid.
roſar. ſolut. ana ʒij
☿ij vitae gr. iii.
▽. fragor. vnc. ſemis.
M.

†

5) ℞. ▽. acac. ℥j
cinnam. ʒij
♀i emetic. gr. ii.
ſacchar. perlat.
⊖is polychr. ana gr. v.
M.

†

2. *Laxantes.*

1) ℞. Sirup. de pom. lax. ℥ß
eſſent. ialapp. ʒij
M.

†

2) ℞. Sirup. roſar. ſolut. ℥ß
diacydon. luc. ialapp. ʒij
▽. fragor. ʒiij
cinnam. ʒij
M.

†

3) ℞. Mann. liquid. ʒvj
ſpecif. ialapp. gr. xxv.
▽. rub. id. vnc. ſemis.
cinnamom. ʒj
M.

†

4) ℞. Sirup. ceras. acid ℥ß
extract. ellebor. nigr. gr. xii.
cryſtall. ♀i gr. vi.
▽. flor. til. ʒvj
M.

†

5) ℞. Reſin. ialapp. gr. viii.
ſacchar. alb. ʒij. His tritis adfund. ſucc. citr. ʒß
M.

†

6) ℞. Mann. calabr. ʒvj
⊖is ♀i ʒß
▽. rub. id. vnc. vnam.
M.

†

7) ℞. ▽. ſcorzoner. ℥ij
magnes. alb. ʒj
ſacchar. can. ʒij
M. S. Laxirende potion, davon alle 2. Stunden 2. Löffel voll.

†

8) ℞. Decoct. tamarind. ℥iij
mann. calabr. ʒiß
M.

†

9) ℞. Rad. rhabarb. ℈ij
fol. ſenn. ſ. ſtip. ʒj
⊖is card. bened.
fumar. ana ʒß
▽. flor. acac. ℥viii
Stent infuſa per 12. hor.
S. Laxirende Potion, davon morgens 2. Löffel voll.

†

10) ℞. Tamarind.
paſſul. min. ana ℥j
cinnam. acut. ℈j
coq. in ▽. feruent. q. s.
infund. rhabarb. ʒj
fol. ſenn. ʒij
⊖is ♀i ʒß

Coletur. S. laxirende Potion, warm zu trincken.

†

11) ℞. Decoct. paſſul. min. ℥v.
infund. cum
rhabarb. elect. ʒj
fol. ſenn. ʒij
ſtent per ♀. in digeſt.
add. mann. elect. ℥j
M. d. pro doſi.

†

12) ℞. 🜕 amygdal. dulc. ℥ij
mann. calabr. ℥j
ſperm. cet. ʒß
M. S. laxirende potion in warmer Brühe zu nehmen.

†

13) ℞. Tamarind.
paſſul. min. ana ℥ß
rhabarb. ʒiß
♀i ſolub. ʒj
infund. in ſ. q. ▽.
colat. ℞. vncias tres.
ſirup. de pom. laxant.
mann. calabr. ana ℥j
clarificentur pro vna doſi.

†

14) ℞. Seri lact. vncias ſex.
tamarind. ℥iß
bulliant in colat. diſſolu.
mann. calabr. vnciam vn.
⊖is polychreſt. ℈j
d. ad vitr.

†

3. *Diaphoreticae.*

1) ℞. ▽. ſcord.
ſcorzoner. ana ℥iij
♁ii diaphor. ʒj
oc. ♋. ppt.
ſacchar. perlat. ana ʒij
M. S. potion, davon alle Stunden 1. Löffel voll.

†

2) ℞. ▽. card. bened.
flor. acac.
ſambuc. ana ℥j
bezoard. mineral. ℈ij
conch. ppt. ℈iv.
ſir. card. bened. ℥ß
M. S. potion, davon alle 3. Stunden etl. Löffel voll.

†

3) ℞. ▽. galeg.
C. C. citrat. ana ℥ij
eſſent. alexiph. *Stahl.* ʒij
ſirup. contraieru. ℥ß
M.

†

4) ℞. ▽. hyſſop.
meliſſ.
chaerefol. ana ℥j
MR. ſimpl. ʒij
⌽. regenerat. ℈j
M.

†

5) ℞. ▽. vlmar.
rub. id.
cinnam.
cydon. ana vnciam vn.
theriacal. ℥ß
theriac. *Andromach.* ʒj
ſirup. acetos. citr. ℥ß
M.

†

6) ℞. ▽. fragor.
beccabung.
bellid. ana vnciam vn.
♁ii diaphor.
matr. perlar. ana ʒj
♀i ⊕lat.
⌽. de-

Φ. depurat. ana ℈ij
ſacchar. canar. ʒij
M.

†

7) ℞. ▽. card. mar.
geran. ana ℥ij
mandib. luc. piſc.
dent. apr. ppt. ana ℈ij
♁ii diaphor. ʒß
ſirup. bellid. ℥ß
M.

†

8) ℞. ▽. ceras. nigr. ℥iiß
prophylact. *Sylu.* ℥j
matr. perlar.
bezoard. mineral. ana ʒß
Φ. antimonial. ℈j
extract. caſcarill. ℈ß
ſirup. ceras. acid. ℥ß
M.

†

9) ℞. ▽. borrag.
bugloſſ.
cichor.
ſcabioſ. ana ℥j
eſſent. ſcord. ℥ß
regul. ♁ii medicin.
ℨℨ. ♁ii ana gr. xv.
M.

†

10) ℞. ▽. fumar.
fragor.
typhor. ceru. ana ℥j
cinnam. ſ. vin.
ſucc. citr. recent. ana ℥ß
eſſent. pimp. alb. ʒiij
diaſcord. *Fracaſtor.* ʒiß
M.

†

11) ℞. ▽. milleſol.
cord. frigid. ana ℥ij
lap. percar.
C. C. philoſoph.
bezoard. mineral. ana ʒß
Φ. perlat. ℈j
M.

†

12) ℞. ▽. card. mar.
benedict. ana ℥ij
aceti bezoard. ℥ß
∩. Φ. dulc. ℈j
⊖is abſinth.
geniſt. ana gr. vi.
M.

†

4. *Diureticae.*

1) ℞. ▽. chaerefol.
petroſelin. ana ℥ij
⊖is ononid.
geniſt.
♀i ⊕lat. ana ℈ij
∩. iuniper. ℈j
M. dos. gtt. LX. oder einen halben Löffel voll alle 2. Stunden.

†

2) ℞. Decoct. rad. vincetox. vinos. ℔j
⊖is abſinth.
Φ. ♁iat.
conch. citr. ana ʒij
ſirup. acetoſ. citr. ℥ß
M. d. S. Urin befördernde potion, davon morgens und abends 3. Löffel voll.

†

3) ℞. ▽. alkekeng.
ſaxifrag. ana ℥ij
⊖is polychreſt. ʒß
Alis ♀i. ℈j

lap. percar. ʒß
ſirup. fragor.
heder. ▽ſtr. ana ʒiij
M.

†

4) ℞. ▽. flor. acac.
fragor. ana ℥ij
tinct. ♃ij ♀iſat. ʒij
liquor. ▽ae fol. ♀i ʒj
maluat. iuniper. ℥ß
M.

†

5) ℞. ▽. petroſelin.
chaerefol. ana ℥ij
tinct. ♀i ʒij
♌. ⊕. dulc. ℈ij
♁is antiſpasmod.
ſacchar. perlat. ana ʒiß
M.

†

6) ℞. ▽. cichor.
rub. id. ana ℥ij
tinct. ♃ij
eſſent. alexiph. *Stahl.* ana ʒiß
ſacchar. perlat. ʒij
M.

†

7) ℞. ▽. chaerefol.
petroſelin. ana ℥ij
eſſent. ſuccin. ʒij
♌. C. C. rectif. ʒj
▽. foliat. ♀i
ſacchar. canar. ana ʒij
M.

†

5. *Emmenagogae & partum pellentes.*

1) ℞. ▽. melliſſ. vinos. ℥iv.
puleg. ℥ij
cinnam. ℥j
tinct. ♃ij ♀iſat. ℥ß
ſirup. cort. ⊙nt. ʒvj
M. S. potion, davon alle 3. Stunden 2. Löffel voll.

†

2) ℞. ▽. ſerpill. vinos. ℥iv.
vit. mulier.
artemis. ana ℥j
eſſent. ſuccin.
carminat. ana ʒj
cinnam. ʒß
ſirup. cort. citr. ℥ß
M.

†

3) ℞. ▽. matricar.
meliſſ. ana ℥ij
cinnam. ℥j
eſſent. myrrh.
alexipharm. *Stahl.* ana ℥ij
hepat. anguill.
borac. Venet. ana ℈ij
ſirup. artemis. vnc. ſemis.
M.

†

4) ℞. ▽. vit. mulier.
cinnam.
artemis. ana ℥j
elixir. vterin.
eſſent. myrrh. ana ʒj
pilul. polychr. ʒß
ſirup. cinnam. ℥ß
M.

†

5) ℞. ▽. meliſſ.
verben.
puleg.
cinnam. ſ. v. ana ℥j
ſuccin. ppt.
borac. venet.

hepat.

hepat. anguill. ana ʒß
liquor. C. C. ſuccinat. ʒiß
ſirup. artemiſ. vnc. ſemis.
M.

†

6. *Expectorantes.*

1) ℞. ▽. veron. vinos. ℥iij
hyſſop. ℥iß
eſſent. alexipharm. ʒij
♌. ⊖✕ci aniſat. ʒj
ſirup. de hyſſop. vnc. ſem.
M.

†

2) ℞. ▽. tuſſilag.
ſcord. ana ℥ij
acet. ſquillit. ℥j
elixir. pectoral. ʒiß
ſirup. nicotian. ℥ß
M. dos. cochlear. ij

†

3) ℞. ▽. tarax.
ſcabioſ.
chaerefol. ana ℥iß
oxymell. ſquillit.
ſirup. ſcabioſ. ana vnc. ſemis
M.

†

4) ℞. Gumm. ammoniac. ʒj
ſolu. in acet. ſquill. ℥ij
add.
▽. veronic.
tuſſilag. ana ℥iß
MR. pectoral. ʒij
M. dos. aliquot cochlear. in aſthmate.

†

5) ℞. ▽. heder. ▽ar.
hyſſop. ana ℥iß
aſthm...t. ℥j
oc. ♋ citr.
℥ii diaphor. ana ʒß
gumm. ammoniac. ✝to
ſquill. ſolut. & inſpiſſat. ʒj
ſirup. de eryſim. *Lobel.* ℥ß
M.

†

7. *Incraſſantes.*

1) ℞. ▽. fœnicul.
millefol.
C. C. citr. ana ℥iß
ſucc. citr. recent.
✝ti roſar. rubr. ana ʒij
ſirup. ceras. acid. ℥ß
M.

†

2) ℞. ▽. tormentill.
plantag.
borrag. ana ℥iß
tinct. roſar.
flor. tunic. ana ʒiß
rob. berber.
rib. ana ʒij
ſirup. ✝toſit. citr. ℥ß
M.

†

3) ℞. ▽. buglóſſ.
plantag. ana ℥ij
oc. ♋ citr.
corall. rubr. ppt. ana ℈ij
ſirup. granat. acid. ℥ß
M.

†

8. *Adſtringentes.*

1) ℞. ▽. plantag.
tormentill. ana ℥ij
vnicorn. foſſil.
corall. r. ppt.
ſangu. dracon. ana ʒß
ſirup. corall. vnc. ſemis.
M. dos. ſingulis horis cochl. ij

2) ℞.

†

2) ℞. ▽. milleſol.
equiſet. ana ℥ij
ſucc. cydon. ℥ß
C. C. vſt.
lap. haemat. ana ʒß
🜃ae catech. ℈j
ſirup. myrtill. vnc. ſemis.
M.

†

3) ℞. ▽. burs paſtor.
plantag.
cinnamom. cydoniat.
ana ℥j
corall. rubr. ppt.
vnicorn. foſſ. ppt. ana ʒß
tinct. corallior. ʒj
theriac. cœleſt. gr. iii.
ſir. gran. kerm. ʒiij
M. dos. cochl. ij in abortus timore.

†

4) ℞. ▽. menth.
meliſſ. ana ℥ij
cinnam. cydoniat.
⁜ti ana ℥ß
tinct. corallior.
eſſent. traumat. *Wedel.*
ana ʒj
extr. tormentill. ℈j
♄. caſcarill. ʒß
ſirup. papau. ℥ß
M.

†

9. *Reſoluentes, abſtergentes, incidentes.*

1) ℞. ▽. ſerpill. vinos.
meliſſ. vinos. ana ℥iß
hyſſop. ℥j
tinct. ♃ii
eſſent. ſuccin. ana ʒj
ſirup. cort. ⊙nt. ℥ß
M.

†

2) ℞. ▽. puleg.
menth. ana ℥ij
cinnam. vinos. ℥i
tinct. ♀i.
eſſent. pimp. alb. ana ʒj
⏜. ⦶. dulc. ʒß
ſirup. cinnam. ℥ß
M. dos. cochl. ij. ſingulis duabus horis.

†

3) ℞. ▽. ſalu.
matricar. ana. ℥ij
aſthmat. ℥j
conch. citr.
♀i ⊕lat. ana ʒj
ſacchar. perlat. ʒij
M.

†

4) ℞. ▽. chaerefol.
veronic.
ſcabioſ. ana ℥iß
eſſent. alexiph. *Stahl.*
cort. citr.
cinnam. ana ℈ij
ſirup. cort. citr. vnc. ſemis
M.

†

5) ℞. ▽. tusſilag.
foenicul. ana ℥ij
hyſſop. ℥j
gumm. ammoniac. in aceto ſquillit. ſolut. & inſpiſſ. ʒij
ſirup. de eryſim. *Lobel.*
oxymel. ſquill. ana ℥ß
M.

10. *Tem-*

†

10. *Temperantes.*

1) ℞. ▽. cichor.
borrag.
bugloſſ. ana ℥iß
oc. ♋ citr.
conch. ppt. ana ʒj
⦶. depurat.
♀i ⊕lat. ana ʒß
ſirup. ceraſor. acid. ℥ß
M.

†

2) ℞. ▽. plantag.
ſcabioſ.
card. bened. ana ℥iß
ſucc. citr. recent. ℥ß
cryſtall. mont. ppt.
teſt. ou. ppt. ana ʒß
tab. e ſucc. berb. ℥ß
M.

†

3) ℞. ▽. chaerefol.
veron.
fragor. ana ℥iß
rob. cydon.
berb.
ceras. acid. ana ʒij
ſirup. acetos. citr. ℥ß
M.

†

4) ℞. ▽. rub. id.
ſcorzon.
C. C. citr. ana ℥ß
eſſ. alexiph. *Stahl.*
ſucc. citr. rec. ana ʒij
ſacchar. perlat. ʒiij
M.

†

5) ℞. ▽. galeg.
tarax.
capill. ♀is ana ℥iß
♁ii diaphor.
conch. ppt. ana ʒj
♀i ⊕lat.
⦶. depurat. ana ℥ß
ʒʒ. ♁ii ℈ß
ſirup. corall. ℥ß
M.

†

6) ℞. ▽. petroſelin.
foenicul.
ſcord.
flor. acac. ana ℥j
ȝ. temperant. ſ. anti-
ſpasmod. ʒij
ſirup. e ſymph. *Feru.* ℥ß
M.

†

7) ℞. ▽. flor. ſambuc.
hyſſop.
card. mar.
acetoſit. citr. ana ℥j
tinct. roſar.
flor. bellid. ana ʒiß
liquor. C. C. ſuccin. ʒi
⏜. ⦶. dulc. ℈j
vitriol. ℈ß
ſacchar. perlat. ʒij
M.

†

8) ℞. ▽. menth.
meliſſ.
portulac.
cord. frigid. ana ℥j
lap. prunell.
⦶. ♁iat. ana ʒß
cryſtall. mont. ℈ij
regul. ♁ii medicin. ℈j
extr. cort. caſc. ℈ß
ſirup. berb. ℥ß
M.

†

11. *Antiſpaſticae, antepilepticae & anodynae.*

1) ℞. ▽. flor. ſamb.
papau. rhead.
ceraſ. nigr. ana ℥iß
theriac. *Andromach.* ʒiß
ℨ. antiſpaſm. ʒj
ſirup. papau. rhead. ℥ß
M.

†

2) ℞. ▽. meliſſ.
menth.
flor. til. ana vnc. vn.
epilept. *Lang.* vnc. ſemis
lumbr. 🜃ſtr. ppt.
ſpec. de hyacinth. ana ʒß
ſirup. e poeon. vnc. ſemis.
M.

†

3) ℞. ▽. poeon. vnc. vnam.
⊖is △lis ſuccin. ℈j
M. pro tribus vicibus.

†

4) ℞. ▽. flor. til. ℥ij
ℨ. ſecundin. in vin. lot. & exſiccat. ʒß
M. verſus nouilunium propinetur.

†

5) ℞. ▽. borrag.
bugloſſ. ana ℥ij
♁ii diaphor.
corall. rubr. ppt. ana ʒß
matr. perlar. ℈ij
tinct. anodyn. ʒj
MP. de cynogl.
laud. opiat. ana gr. ıv.
ſirup. myrtin. vnc. ſemis.
M.

†

6) ℞. ▽. poeon.
hirund.
ceraſ. nigr.
epilept. *Lang.* ana ℥j
ℨ. epilept. *Stahl.* ʒj
liquor. C. C. ſuccin. ℈j
ſirup. e pœon. vnc. ſemis.
M.

†

12. *Roborantes, analepticae, neruinae, tonicae, carminatiuae.*

1) ℞. ▽. card. bened.
borrag.
bugloſſ.
ceraſ. nigr. ana ℥j
corall. rubr. ppt.
cryſtall. mont.
conf. de hyacinth. inc. ana ℈ij
eſſent. cort. ☉ant. ʒj
iulep. gemmat. vnc. ſemis.
M.

†

2) ℞. ▽. meliſſ.
cinnam. c. vin.
ſcorzon.
C. C. citr. ana ℥j
eſſent. cinnam. ʒj
eſſent. ambr. ʒj
Ω. ⊖✱ci gutt. xii.
conf. alkerm. ʒiß
ſirup. cinnam. ʒiij
M.

†

3) ℞. ▽. vlmar.
cinnamom. cydoniat.
nymph.
roſar. ana vnc. vnam.
matr. perlar. ppt.

ſpec.

ſpec. de hyacinth. ana ʒiß
eſſent. alexiph. *Stahl.* ʒij
dulc. ʒß
ſucc. citr. recent. ʒiij
ſirup. acetos. citr. ℥ß
M.

†

4) ℞. ▽. poeon.
flor. til. ana ℥j
apopleƈt. *Lang.* ℥ß
rob. cydon.
berb.
ceras. acid. ana ʒiij
ſpecif. cephal. *Mich.* ʒiß
ſirup. e betonic. ℥ß
M.

†

5) ℞. ▽. ſalu.
tunic.
pœon.
flor. ſambuc. ana ℥j
liquor. C. C. ſuccinat. ʒß
eſſent. dulc. ʒij
ʒʒ. ♃ii ppt. ℈j
tab. man. chriſt. perlat. ʒij
M.

†

6) ℞. ▽. galeg.
roſar.
cinnam.
bugloſſ.
perlat. ℥j
corall. ppt.
ſmaragd. ppt.
hyacinth. ppt. ana ℈j
extr. caſcarill. ʒß
ſirup. granat.
corall. ana ʒij
M.

†

7) ℞. ▽. foenicul.
meliſſ.
carminat. ſeu ad flat.
ſ. v.
chamomill. ana ℥j
eſſent. carminat. *Wedel.*
alexipharm. *Stahl.*
ana ʒij
🝐. ⦶ dulc.
⊖li dulc. ana ʒß
extr. caſcarill. ℈j
ſirup. cort. ☉nt.
citr. ana ʒiij.
M.

†

13. *Mixtura ad lambendum in aphthis.*

℞. Mucilag. cydon.
pſyll.
c. ▽. maluac. ext. ana ℥ij
▽. foenicul. vnc. vnam.
prunell. vnciam ſemis.
mell. roſat. ʒvj.
M.

†

14. *Mixtura abſtergens in aphthis externe adhibenda.*

℞. ▽. prunell.
ſalu. ana ℥ij
rob. diamor.
mell. roſat. ana vnc. ſemis.
alum. vſt. ℈j
M.

# TABVLA XI.
## DE
# IVLEPIS.

*I. DEFINITIO.*

IVlepi ſunt mixturae liquidae, quae conſiſtentiam habent dilutam & fere diaphanam, atque ex multa aqua, pauco vero ſirupo conſtant.

*II. DIFFERENTIA.*

1. *Iuleporum* differentiam a *potionibus* praecedente tabula monſtrauimus. His addimus, quod potiunculae, ex variis conſtent ingredientibus, iulepi autem ex dulcibus tantum & acidis gratioribus.
2. *Veterum* iulepi a *recentiorum* iulepis ratione conſiſtentiae & praeparationis differunt. Illi enim ſirupi formam exhibent, & mediante coctione praeparantur, e. g. iulepus roſarum, violarum, gemmatus Norimberg. &c.; hi autem ſunt tenues, & per ſimplicem fiunt mixtionem.

*III. MATERIA.*

Hic notamus

1. *Baſin* ſeu liquores excipientes, qui ſunt multiplices.
   1) Modo enim ſumuntur *aquae deſtillatae.*
   2) Modo ſimpliciter *fontanae.*
   3) Modo *decocta* varia, e. g. hordei, tamarindorum, citri, ſcorzonerae, paſſularum, cornu cerui, cichorei.
   4) Modo *infuſa* ex floribus.
   5) Modo *phlegma* ⊕*li* mediocriter acidum.
   6) Minus autem commode ex *ſero lactis.*
   7) Modo *vinum* additur.
2. *Addenda* reliqua, quae alterationem & gratum ſaporem adferunt. Haec ſunt
   1) *Succi* vegetabilium, e. g. citri, ceraſorum acidorum, berberum, ribium, rub. id. cydon.
   2) *Sirupi* varii, inprimis qui gratam habent aciditatem, v. g. ſirupus acetoſitatis citri, ceraſor. acid. berberum, cydon. rib. rub. id.
   3) *Tincturae* vegetabilium, e. g. roſarum, violarum, flor. aquileg. bellid. papau. rhead.
   4) *Spiritus* acidi, e. g. ♎, ⊕li, ⊖is tam acidi, quam cum $\overset{S}{\nabla}$ dulces redditi.
3. Nonnumquam *gelatinae* in liquore diſſoluuntur, e. g. gelatina cornu cerui, id quod plerumque contingit in febribus malignis.
4. Immo interdum *conſeruae* gratiores cum aquis deſtillatis teruntur, aut etiam in vaſe clauſo coquuntur, & deinde colaturae tinctura quaedam acida vel ♎ acidus additur.

PRO-

*IV. PROPORTIO.*

Ingredientium proportio ſequens eſt.

1. *Liquor* habeat partes quatuor, e. g. ℥iv.
2. *Sirupus* vel *ſuccus* inſpiſſatus ſaccharatus partem vnam ℥j.
3. *Tincturae* vegetabilium, praecipue ſi color iulepi minus eſt rubicundus, additur pars dimidia ℥ß.
4. *Spirituum* acidorum proportio accurate non poteſt determinari. Vnde pharmacopoei arbitrio relinquitur, adiectis verbis: q.s. ad gratam aciditatem.

*V. DOSIS.*

1. Iulepi maiori ſemper quantitate ſolent praeſcribi, nempe ℔ß-j-ij vt copioſe poſſit adſumi.
2. Quia enim admodum diffuſi ſunt, maiori doſi, nempe ad ℥j-℥iij adſumuntur.

*VI. VSVS.*

1. Iulepi, vti quoad ſaporem, odorem & colorem ordinarie ſatis grati, & in praxi familiares ſunt, ita vtilitatem etiam ſuam experientia probant. Ob fluidam enim, quam habent, conſiſtentiam, ad intimiores partes facile penetrant.
2. Praecipue autem locum habent in febribus acutis, bilioſis, ardentibus &c. quando vires ſunt proſtratae & omnia pathemata exacerbata, nempe vbi ſitis, aeſtus, anxietas maxime vrgent; modo ſapor non adeo dulcis, ſed ſubacidus ſit.
3. Quando autem pro potu ordinario tum eliguntur, ſatis debent eſſe diluti, & parum acidi, ne ægri damnum inde experiantur.

*VII. REGVLAE.*

1. Quoniam iulepi ordinarie pro ſcopo recreante & ſitim ſedante præſcribuntur, eo reſpiciendum eſt, vt ingredientia huic fini reſpondeant, & gratiſſima ſint.
2. Non ingrediantur iulepos obſcura, puluerulenta, craſſae conſeruae, ſirupi turbulenti, ſpiſſa electuaria.
3. Quando ſirupi acidi iam praeſcripti ſunt, cauendum eſt, ne Ω̲us minerales inſuper praeſcribantur, alias iulepus nimis ſit auſterus, adſtringens, & a conueniente ſapore, qui inter dulcedinem & aciditatem medium tenere debet, nimium deflectit.

*VIII. FORMVLAE.*

1. *Temperantes*, *analeptici.*

1) ℞. ▽. ceras. nigr.
borrag.
bugloſſ. ana ℥iß
nymph.
cinnam. cydon. ana ℥j
ſirup. ceras. acid.
rub. id.
acetoſit. citr.
cydon. ana ℥ß
clyſſ. ℥ii 🜖at. q. s. ad gratam aciditatem.

M. d. S. ſtärckender Iulep, davon in Hitze und Mattigkeit öfters einen Löffel voll zu nehmen.

 2) ℞. ▽.

†

2) ℞. ▽. ſcord.
ſcorzon.
flor. acac.
ſambuc.
C. C. citr. ana ℥iß
ſirup. berb.
rib. ana ʒvj
ſucc. citr. recent. ℥ß
tinct. roſar. ʒij
M. d. S. vt ſupra.

†

3) ℞. ▽. plantag.
cichor.
galeg.
fragar.
roſar.
namph. ana vnc. j.
ſirup. acetos. citr.
ceras. acid.
granat. acid. ana ʒvj
conf. alkerm. incompl. ʒij
℧. ⊕li q. s. ad gratiam.
M. S. vt ſupra.

†

4) ℞. Decoct. hord. ℔j
ſirup. berber.
rib.
rub. id. ana vnc. j.
tinct. flor. tunic. ℥ß
℧. ⊕. dulc. ʒß
M.

†

5) ℞. Decoct. tamarind. ℔j
ſucci citr.
ceras. acid.
cydon.
berber. ana ʒvj
ſirup. granat. acid. ℥ß
℧. ⊕. dulc. ʒß
M.

†

6) ℞. Decoct. C. C. cum rad.
ſcorzon.
ſucc. ceras. acid.
citr. recent.
rib.
berber. ana ʒvj
tinct. viol. vnc. ſemis.
ſirup. violar.
rub. id. ana vnc. vn.
M.

†

7) ℞. Flor. roſar.
violar.
tunic.
papau. errat. ana P. ij
infund. in ▽. calid. ℔j
colat. add.
gelatin. C. C. citrat. ℥ij
ſirup. cinnam. cydon.
viol. rub. id. ana ℥ß
M.

†

8) ℞. ▽. ſimpl. ℔j
ſirup. acetos. citr.
rub. id.
berb. ana vnc. vn.
℧. ⊕li q. s. ad gratum acorem.
M.

†

2. *Iulepi incraſſantes.*

1) ℞. ▽. ſanic.
portulac. ana ℥iv
rob. cydon.
granat. ana ℥ß
ſucc. citr. rec. ʒiij
℧. ⊕li dulc. ℈ij
M.

2) ℞.

†
2) ℞. ▽. C. C. citr.
millefol.
plantag. ana ℥ij
rob. rib.
ceraſor. acid. ana ℥ß
tinct. flor. tunic.
roſar. ana ℥ij
ſirup. acetos. citr. ℥j
M.

# TABVLA XII.
## DE
# EMVLSIONIBVS.

*I. DEFINITIO.*

EMulſiones ſunt medicamentum liquidum, album, iucundum, ex ſeminibus lacteſcenbus, praecipue autem ex nucleis amygdalatis, mediante aqua ſimplice vel deſtillata, paratum.

*II. MATERIA.*

1. Ad emulſionum compoſitionem in vſum trahuntur *ſemina lacteſcentia*, qualia ſunt:
   1) Semen cardui mariae.
   2) - - cardui benedicti.
   3) - - citri.
   4) quatuor frigida ſemina: cucurbitae.
   5) melonum.
   6) citrulli.
   7) cucumerum.
   8) Semen aquilegiae.
   9) - - carthami.
   10) - - papaueris albi.
   11) - - raparum.
   12) - - apii.
   13) - - cannabis. &c.
2. *Nuclei*, quorum praecipui ſunt:
   1) Nucl. amygdalarum dulcium.
   2) - pineae (Zirbel=Nüſſe)
   3) - piſtaceae (Welſche Pimper=Nüſſe)
3. *Liquor* emulſionum variat pro circumſtantiarum & morborum conditione.
   1) In genere ſimplex eſſe debet, ita vt neque colore neque odore ingrato ſcopum emulſionis peruertat.
   2) Frequentisſime omnium in vſum trahuntur *aquae deſtillatae* ſimplices, morborum indoli adpropriatae, e. g. quando diaphoreſis excitanda eſt, aquae diaphoreticae, ad diureſin, diureticae ſumuntur.
   3) Reliqua excipientia vſualia ſunt: *aqua ſimplex*, *decoctum hordei, auenae, cornu cerui &c.*
4. Alia emulſionibus adhuc adduntur. Huc pertinent:
   1) Quae gratiam eis conciliant, qualia ſunt:
      a) Saccharum canarienſe perlatum.
      b) Sirupi albicantes, nempe ſirup. de nymph. alth. papauer. alb.
      c) Iulepi roſarum & violarum,

2) Quae

2) Quae vires illarum augent: ſunt haec
Puluerulenta albicantia,(quæ tamen ordinarie emulſiones non intrant) e. g.
a) oc. ♋. ſimpliciter ppti & citrati.
b) Mater perlarum ppt.
c) Magiſter. dent. apri.
d) - - mandib. lucii piſc.
e) Cornu cerui philoſoph. ppt.
f) Lapis percarum.
g) ♁ium diaphoret.
h) bezoardicum minerale.
i) ſpec. de hyacinth.
k) margaritae pptae.

*III. ORDO.*

1. Praeparantur emulſiones per contuſionem & expreſſionem.
2. Videlicet ſemina vel nuclei poſt excorticationem in mortario contunduntur. Poſt ea liquor conueniens ſucceſſiue adfunditur, qui partes oleoſas ſeminum imbibit.
3. Quando ſemina hac ratione ſufficienter contrita ſunt, & laudabiles eorum partes ſub frequente agitatione per liquorem adfuſum abſorptae ſunt, liquor per linteum filtratur, ſemina fortiter exprimuntur. Sic prouenit liquor lacteus, emulſio dictus.
4. Haec de ordine *praeparandi*. Quod ad ordinem *praeſcribendi* (quae primum locum habeat) attinet, variat ille pro artificis voluntate. Nonnulli enim praemittunt liquorem emulgentem, nonnulli ſemina emulgenda. Poſt ea puluerulenta, ſi adſumantur, ſubiiciunt , & denique ſaccharata formulam claudunt.

*IV. DOSIS.*

1. Ingredientium portio pro maiore vel minore emulſionis quantitate variat.
2. *Semina* praeſcribuntur communiter ab ℥ß ad ℥j. immo nuclei interdum ad ℥ij.
3. Liquoris quantitas reliqua ingredientia plerumque ſextupla, immo octupla portione ſuperat, prout nempe emulſio ſpiſſior vel dilutior deſideratur. Immo nonnumquam doſis liquoris in formula non definitur, ſed pharmacopoei iudicio relinquitur, adpoſitis ſignis: q. s.
4. Et ſic quaeuis ʒj. ſeminum requirit fere ℥j. liquoris, & parum ſacchari, ad gratiam obtinendam. Quando autem peculiarem effectum a ſeminibus exoptamus, maiore portione adſumuntur.
5. Quando puluerulenta adiicere placet, cuiuis vnciae emulſionis adduntur ℈ij♁is. De pretioſis autem, e. g. margaritis, ℈j. ſufficit.
6. Tota emulſionis quantitas ſubſiſtit ordinarie intra ℥iij - ℥vj. Amygdalinae autem, quia maiore doſi propinantur, ad ℔j-℔ij. interdum praeſcribuntur. Cauendum autem, ne aceſcant,

& ita

& ita oblatae, multas turbas excitent.

7. Praeſcribitur etiam interdum emulſio, quae *vno hauſtu* ſumitur, atque haec ℥j-℥ij. ordinarie continet. Fit hoc, quando ſcopum emeticum vel catharticum intendimus, ac priore caſu, e. g. ♀um emeticum, poſteriore autem reſinam ialappae, cum vitello oui ſolutam, adiicimus. Vid. regul.

8. Ceterum emulſiones in morbis ordinarie verſus ſomnum propinantur, & pro vnica doſi cochl. 1-ij. ſingulis binis vel ternis horis exhibentur.

*V. VSVS.*

1. Emulſio, tamquam lac artificiale, ordinatur potisſimum a Medicis pro ſcopo analeptico, nutriente & temperante, nonnumquam pro laxante & alio ſcopo, vti *formulae* docebunt.

2. Et quoniam non ſolum iucundisſima eſt formula, ſed & ob liquidam ſui conſiſtentiam intimiora corporis facile penetrat, tanto magis commendari meretur. In quibus autem caſibus noceat, ſub *regulis* indicabimus.

3. Nonnumquam emulſiones pro *externo* vſu praeſcribuntur, e. g. ad *oculos*, quae ex ▽is ophthalmicis, nucleis lenientibus, & paucis camphorae granis parantur.

4. Sic & linteis mediantibus pro *capitis dolore* ordinantur, & hae ex ▽is diſcutientibus cephalicis, nucleis perſicorum, ſeminibus ſedatiuis & camphora, omiſſo ſaccharo, praeparantur.

5. Non minus tales emulſiones *loco gargariſmatum*, faucibus inflammatis deſtinantur.

*VI. REGVLAE.*

1. Quoniam *lacteſcentia* tantum ſemina emulſiones ingredi debent, excludenda ſunt talia, quae albicante medulla carent. Hinc ſemina *aniſi*, *carui*, *foeniculi* &c. minus commode emulſionibus adduntur, quia liquori albedinem non conciliant.

2. Sic & *mucilaginoſa* liquorem tantum mucilaginoſum, non autem album reddunt. Hinc exſulent ſemina *cydon. pſyll. lini &c.*

3. Semina *rancida* gratiam, quam emulſiones expoſcunt, peruertunt.

4. Semina *acria* & *calida*, vti ſunt ſemen *naſturtii*, *quatuor ſemina calida maiora* & *minora*, merito excluduntur. Emulſiones enim non exagitandi, ſed temperandi ſcopo praeſcribuntur.

5. Vt paucis dicamus: cauendum, ne quidquam recipiamus, quod 1) vel colorem lacteum turbare, 2) vel emulſionem praecipitare, 3) vel ingratum ſaporem & odorem conciliare posſit. Itaque puluerulenta non debent eſſe *ſalina*, licet *nitrum* pro refrigerandi ſcopo locum habeat.

6. Hinc *analoga* ſaltem emulſio eſt, quae pro ſcopo purgante ex reſina ialapp. ſcammon. item quae

ad aperiendum & expellendum ex gumm. ammoniac. terebinth. myrrh. &c. paratur.

7. *Saccharo* edulcorare emulſiones nemo deterreatur. Quae enim indiuidua non tolerant res dulces, neque emulſiones tolerabunt.

8. *Semina frigida* ad effectum refrigeratorium ſterilia ſunt, & quoniam emulſiones reddunt mucoſas ac magis flatulentas, praeſcriptio illorum fugiatur, non obſtante vulgatisſima obſeruantia.

9. Corrigitur *flatulentia* emulſionum additione ⊖is cuiusdam medii, e. g. ♀i ⊕lati, arcan. duplic. ⊕i ♃iati; item moderata additione ▽ae cinnamomi, vel alterius conuenientis ♌oſa.

10. Emulſiones, quas *acida* ingrediuntur, commode non combinantur cum talibus pulueruleniis, quae per acida facile ſoluuntur, ſed melius adhibentur ea, quae talem ab acidis ſolutionem non concedunt, e. g. ♁. diaphoret.

11. Sunt, qui ad gratum ſaporem *manus Chriſti perlatas*, aut *ſirupos albicantes* recipiunt. Sed vti priores curioſitati & ſplendori magis inſeruiunt, ita poſteriores emulſionum puritati non reſpondent.

12. Pro liquore emulſionis non conducit ſumere *♌oſa*, e. g. *vinum, eſſentias*, ſic etiam *ſerum lactis* minus conuenit, ob ⊖inas, quas posſidet, particulas.

13. Neque etiam conuenit, emulſiones *nimis ſaturatas* reddere.

14. Commixtio *oleoſorum* ſubtilium cum *aqueis* immediate fieri non poteſt, mediate per ⊖ia & ♌us ardentes ſatis difficulter ſuccedit & limitata exſiſtit. Per emulſiones autem & ſaccharum promte & commode obtinetur.

15. Ita enim cum emulſionibus ſubiguntur *olea deſtillata*, *camphora*, tenaces *reſinae*, e. g. ialapp. ſcammon. guaiac. Videlicet reſina teritur primum cum paucis amygdalis dulcibus, quibus deinde plures adiiciuntur, &, vt moris eſt, ſub continua tritura, adiecta paullatim liquoris proportionata quantitate, ſubiguntur.

16. Mediante autem *ſaccharo* fit *elaeoſaccharum*, nempe guttae iv. v. cum ℥j. vel maiore portione ſacchari albisſimi ſubtiliter teruntur. Deinde hoc elaeoſaccharum cum aqueo quodam liquore diſſoluitur. Hac enim ratione potior pars ſine ſecesſione vel ſupernatatione imbibitur.

17. Emulſiones *pulueruleniae*, ex *margaritis* & aliis pretioſis paratae, prae aliis eximiam non habent praerogatiuam. Hinc probe diiudicandum eſt, num circumſtantiae concedant, ob hanc vulgarem perſuaſionem & credulitatem, exiguam autem vtilitatem, ſumtus augere.

18. Nocent emulſiones & in caſeoſam crasſitiem degenerant, quando

quando primae viae ſabur-
ra biliofa & acida occupatae,
vel ipſi humores intemperie
tali aut plane maligna obſeſſi
ſunt.

*VI. FORMVLAE.*

1. *Purgantes.*

1) ℞. Reſin. ialapp. gr. VIII.
terantur cum vitello oui,
add.
▽. roſar.
flor. acac. ana ℥ß
cinnam. ſ. vin. ʒij
f. l. a. emulſio, colat.
add.
ſacch. perlat. ʒj
M. d. S. laxirende Milch auf
einmal.

†

2) ℞. Reſin. ſcammon. gr. VI.
terantur cum paucis a-
mygd. dulc. excorticat.
add.
▽. fragor.
roſar.
acac. ana ʒij
tab. man. chriſt. perlat. ʒj
M. S. vt ſupra.

†

2. *Diaphoreticae.*

1) ℞. ▽. card. bened.
ſcord.
galeg. ana ℥ij
amygd. dulc. excotic. ℥ß
f. l. a. emulſio, colat.
add.
conch. ppt.
♁. diaphor. ana ʒß
ſacch. canar. q. s.
M.

†

2) ℞. Sem. card. mar. ℥ß
aquileg.
citr. ana ʒj
▽. ſcorzon.
galeg.
rub. id. q. s.
f. l. a. emuls. colat. ℥vj
add.
oc. ♋. ppt.
matr. perlar.
bezoard. mineral. ana ℈j
ſacch. perlat. q. s.
M. d. S. Schweiß=befördern=
de Milch, alle 2. Stun=
den 2. Löffel voll.

†

3) ℞. Sem. card. bened.
amygd. dulc. ana ʒiij
▽. ſcabios.
flor. ſambuc.
card. bened. q. s.
f. l. a. emulſ. colat. ℥vj.
add.
mandibul. luc. ppt.
oc. ♋. citrat.
♁. diaphor. ana ℈j
M. d. cochleatim.

†

4) ℞. Amygd. dulc. ℥ß
ſem. card. mar.
aquileg. ana ʒij
mucilag. hord. q. s.
f. l. a. emuls. colat. ℥viij
add.
bezoard. min.
dent. apri
cryſtall. mont. ana ʒß
ſacch. perlat. q. s.
M.

†

3. *Diureticae.*

1) ℞. Sem. violar. ℥ß
mil. ſolis.
cartham. ana ʒij
▽. fragor.
chaerefol.
veron. q. s.
f. l. a. emulſ. colat. ℥viij
add.
oc. ♋. citr. ʒj
ſacchar. canar. q. s. ad gratiam.
M. S. Urin = befördernde Milch Löffelweiß zu nehmen.

†

2) ℞. Amygd. dulc.
ſem. mil. ☉is
violar. ana ʒij
▽. petroſel. q. s.
f. l. a. emuls. colat. ℥vj
add.
♌. fragor. ʒij
ſacchar. canar. q. s.
M.

†

4. *Antiphthiſicae & vomicar.*

1) ℞. Rub. ♀is gr. vj
balſam. gr. xv.
amygd. excortic. no. xx.
▽. hyſſop.
ſcabios.
ſcord.
tusſilag. ana ℥j
f. l. a. emulſ. impropr. dicta, c. ſacch. vel ſirup. de ſymph. *Fernel.* q. s. edulcoranda.
M.

†

2) ℞. Gumm. iuniper.
maſtich. ana ʒj
terebinth. coct.
balſam. de copaiu. ana ℈j
terantur c. amygd. excort. ʒj
f. l. a. c. ▽. veron.
hyſſop.
chaereſol.
tusſilag. ana q. s.
emulſio.
colat. add.
oc. ♋. citr. ʒj
ſacchar. canar. q. s.
M.

†

5. *Abſtergens in vlceratione renum & veſicae.*

℞. Terebinth. ʒij
vitell. oui,
mell. deſpumat. ana ℥iij
▽. fragor. q. s.
M. S. zwey Löffel voll täglich vier mal.

†

6. *Reſoluens in ſtaſibus inflammatoriis.*

℞. Sem. card. mar.
pinear. mund.
amygd. dulc. ana ʒij
▽. card. mar.
chaereſol.
ſcabioſ. q. s.
f. l. a. emulſ. colat. ℥vj.
add. ♁. diaphor.
dent. apri ana ʒß
ſir. de alth. *Fernel.* q. s. ad gratiam.
M.

7. *In-*

†

7. *Incraſſantes.*

1) ℞. Amygdal. dulc. vnc. ſemis.
ſem. cannab.
lactuc. ana ʒij
decoct. C. C. ſeu
gelatin. C. C. dilutior. q. s.
f. l. a. emulſio, colat. ℥viij
add.
conch. ppt.
ebor. vſt. ana ℈ij
M.

†

2) ℞. Nuc. pin.
piſtac.
ſem. 4. frig. mai. ana ʒiij
▽. plantag.
nymph.
portulac. ana q. s.
f. l. a. emulſio, colat. ℥vj.
add.
cryſtall. mont. ʒj
ſacch. perlat. q. s.
M.

†

3) ℞. Amygd. dulc.
nuc. pin.
piſtac. ana ʒij
f. c. mucilag. auen. q. s.
emulſio.
colat. add.
ſacch. q. pl.
detur cochleatim.

†

8. *Temperantes, anodynae.*

1) ℞. Amygd. dulc.
pinear. mund.
ſem. papau. alb.
citri ana ʒij
▽. rub. id.
portulac.
cichor.
nymph. ana q. s.
f. l. a. emuls. colat. ℥viij.
add.
matr. perlar.
cryſtall. mont. ana ℈ij
ſacch. perlat. q. s.
M.

†

2) ℞. Sem. 4. frig. mai.
hyoſcyam. alb.
cannab.
agn. caſt. ana ʒij
f. l. a. emulſio c. s. q. mucilag. hord. colat. ℥viij.
add.
conch. ppt.
♁. diaphor. ana ℈ij
ſacch. canar. q. s.
M.

†

9. *Analepticae.*

1) ℞. Amygd. dulc. ℥ß
pinear. mund. ʒij
f. c. ſ. q. decoct. C. C.
emulſio. Add.
▽. cinnam.
bugloſſ. ℥j. edulcoretur.
ſacch. perlat. q. s.
M.

†

2) ℞. Cruſt. pan. ſuperior. adfund. per. dimid. hor. ▽. ſimpl. calid. menſ. j.
filtretur, coquatur cum modica portione auen. excortic. contus.

 ℞. Co-

℞. Colat. ℥viij
amygdal. dulc. ℥j
f. l. a. emulſ. adfund.
▽. 4. flor. cordial. ℥j
cinnam. ſ. vin. ℥ß
M.

D. S. beſänftigende Milch, darin bey Kopf-Schmertzen Tüchlein zu befeuchten, und an die Schläfe und Stirn zu legen.

†

10. *Emulſiones pro externo vſu.*

1) ℞. Nucl. perſicor. ℥ß
ſem. papau. alb.
hyoſcyam. ana ʒiß
camph. c. amygd. aliquot excortic. tritae gr. viij.
f. l. a. c. ▽. verben. betonic. plantag. flor. nymph. ana q. s. emulſio.

†

2) ℞. Camph. c. amygd. excortic. tritae gr. vj
▽. euphras.
roſar.
calcatrip.
cyan. ana ʒj
f. l. a. emulſio. S.
zertheilende Emulſion, Tropfen-weiſe in die Augen zu adpliciren.

# TABVLA XIII.
## DE
# INFVSIS.

*I. DEFINITIO.*

Inſuſa ſunt medicamenta liquida ſeu liquores, in quibus radices, herbae & alia, ad infundendum apta, macerantur, vt horum virtute imbuantur.

*II. DIFFERENTIA.*

1. *Infuſa*, quam parum a *decoctis* differant, ſequens tabula docebit.
2. Diſtinguunt auctores infuſa in
   1) *calida*, quando certae ſpecierum doſi proportionata portio ▽ae feruentis adfunditur, & poſt aliquam digeſtionem, inſtar infuſi thee, calide ſumitur. German. vocatur: ein Kräuter-*Thee*. Haec autem calida infuſa, quoniam communiter leni coctione parantur, ab aliis *decocta per infuſionem* vocari ſolent. Et in
   2) *frigida*, quando toti ſpecierum portioni vinum frigidum adfundunt, & poſt virium extractionem ſuccesſiuis doſibus frigide bibunt. German. vocantur: Kräuter-Weine. Quando autem tales ſpecies linteolo aut ſindoni includuntur, latine *noduli*, german. Kräuter-Büſchel

Büſchel oder Kräuter-Säckl. adpellantur.

3) Dantur quoque infuſa, quae ex ſolis cineribus & ▽is convenientibus praeparantur, & *lixiuia* vocantur, qualia in hydrope praecipue adhibentur.

*III. MATERIA.* Hic notamus

1. *Ingredientia*, quae, licet ex triplici regno ſumi ſoleant, potisſimum tamen ex vegetabili petuntur, de quo *ſelectu* ſequentia obſeruanda ſunt:

1) Tales ſunt eligendae ſpecies, quarum virtus medicamentoſa a menſtruo vinoſo facile ſolui & imbibi poteſt. Huc praecipue pertinent vegetabilia, quae principia habent leniter ♀ea, reſinoſa, non aeque mucilaginoſa, e. g. herbae, flores, & nonnullae radices, quae non adeo compactae ſunt.

2) Quae vero ſpecies *magis compactae* ſunt, e. g. ligna, radices compactiores, metalla &c. fortiori indigent coctione, atque hinc ad infuſa eligi non debent.

3) Quando infuſum *laxans* praeſcribitur, radices rhabarb. bryon. agaric. polypod. querni, fibr. ellebor. nigri, & fol. ſennae eliguntur, coniunctis corrigentibus, praecipue carminatiuis.

4) Infuſa *emetica* ſimpliciter parantur ex gr. IV–VI. vitri ♁ii, cum aliquot vnciis vini adfuſis, & leni digeſtioni expoſitis.

2. *Liquorem* ſeu *menſtruum:*

1) Menſtruum infuſorum frigidorum ordinarie eſt *vinum.* In laxantibus autem infuſis ſpecies *aqua feruida* prius humectari, &, quando refrixerunt, *vinum* adfundi debet, vt virtus ſpecierum hoc modo facilius extrahi posſit.

2) Hoc vinum debet eſſe *ſubacidum*, e. g. Rhenan. Moſellan.

3) *Dulcia* autem *exotica* & *generoſa* vina ob pinguedinem ſuam principia ſpecierum ♀ea commode non ſoluunt, atque hinc infuſis parandis non conueniunt.

4) Praeterea *ſal* quoddam *digeſtiuum* in vino tali ſubacido ſoluitur, e. g. crem. ♀i, ▽ ſol. ♀i, cryſtalli ♀i, arcanum ♀i. Hac enim ratione menſtruum altius in remedia penetrat.

5) Infuſa *calida* menſtruum expoſcunt *aquoſum.*

*IV. ORDO ET DOSIS.*

1. Infuſa hoc *ordine* praeſcribuntur, vt primo loco radices, deinde herbae & folia, tum flores & ſemina, poſtea aromata, & denique, ſi laxantem finem habeamus, laxantia cum ſalibus & aliis digeſtiuis ponamus. Hae ſpecies partim inciduntur, partim contunduntur. Vnde formulae ſubiiciuntur: inciſ. contuſ. groſſ. mod. d. ad ch. &c.

2. Her-

2. *Herbae, folia* & *flores*, qui copioſius haberi poſſunt, praeſcribuntur ad M. j. ij. Folia autem *ſennae* vnciatim.

3. *Flores* autem *aromatici* & *rariores* ad P. j-ij.

4. *Radices* & *fructus* ad ℨj-ij.

5. *Semina acriora*, *aromata* & *ſalia* ad ʒj-ij.

6. Infuſum *vomitorium*, ex ♁ialibus paratum, ad vnciam vnam.

7. Infuſum *purgans* vix ad Mj. e. g. rad. ℨj - ℨiß. herbarum collectim Miß - ij. flor. p. iv - vi. ſem. ʒ j-ʒß. aromat. ʒi - ij. purgant. ℥vj - ℨi.

8. Infuſum *alterans* ad Mij.

9. Adfunditur vini ſextuplum aut octuplum, vel ad ℨiv. ſpecierum, vini ad minimum menſ. j.

10. Species conciſae & contuſae praeſcribuntur
   1) vel ad *chartam*, vt domi ſacculo aut nodulo includantur.
   2) vel in officinis ſtatim *ſacculo* immittuntur, & tum formulae ſubiicitur: incis. contus. groſſ. mod. includ. ſacculo ex ſindone rubra.

11. *Signatura* infuſorum varia eſt.
   1) Vel enim ſimpliciter ſignantur: ſpecies zum Kräuter-Säckgen, & tum reliqua, quae ad vlteriorem praeparationem pertinent, aegrotorum adſtantibus praecipiuntur.
   2) Vel praeparatio prolixius ſignaturae adiicitur, v. g. S. ſpecies zum laxirenden Kräuter-Säckgen, mit einem Nöſel ſiedend Waſſer anzubrühen, nachdem es erkaltet, 3. Nöſel alten Weins zuzugieſſen, und davon morgens ein halb Nöſel laulich zu trincken.

12. Species liquori infuſae aliquamdiu in *digeſtione* relinquuntur. Hinc formulae ſubiicitur: relinquatur in digeſtione per 6. horas, per noctem &c.

13. Poſt ſufficientem autem extractionem infuſum in *cella* adſervatur. In calido enim loco quando diutius manet, facile fermenteſcit.

14. *Aeſtiuo* tempore ſpecies quidem ſufficiente quantitate praeſcribuntur, ob facilem autem infuſi aceſcentiam non tota portio, ſed aliqua tantum illius pars pro vna vice infunditur.

15. *Doſis* Infuſorum ſubſcriptione hac vulgo notatur: Ein Spitz-Glas voll morgens und nachmittags zu nehmen.

16. Atque haec doſis vel decantando, vel, praecipue ſub finem, transcolando a reliqua portione ſumitur.

*V. VSVS.*

1. Infuſorum formulae vti ſatis ſunt familiares, ita & in variis adfectibus, ſi prudente ratione & ſelectu paratae ſint, efficaciam exſerunt inſignem. Liquida enim talia egregie penetrant, aperiunt, attenuant, reſoluunt, & abſtergunt.

2. Hinc

2. Hinc in *menſium* & *haemorrhoidum* obſtructione, in *ictero, febre quartana* & aliis *intermittentibus* ſalutariter praeſcribuntur.
3. Praecipue autem familiarisſimus eſt vſus illorum infuſorum, quae *vernali* tempore ad *ſanguinem mundificandum* ordinantur, & in nonnullis Germaniae regionibus die Mäy=Träncke vocantur. Haec infuſa ita communiter concinnantur, vt non ſimpliciter per catharſin operentur, ſed ſimul incidendo, reſoluendo & corrigendo efficaciam ſuam exſerant. Hinc a ſchola medica *laxantia*, ſeu *infuſa per epicraſin*, adpellantur.
4. Eumdem ſanguinis mundificandi finem habent *vina herbacea*, infuſa illa, quae cum magna vini quantitate, adiectis aromatibus, paſſulis maioribus, ſaccharo, pomis dulcibus, radicibus & herbis antiſcorbuticis, ſtomachicis &c. parantur, & in futuros vſus conſeruantur. Germ. dicuntur: gekräuterte Weine, Magen=Wermuth=Löffel=Kraut=Alant=Weine.
5. Res ipſa loquitur, quod Infuſa, quae ſunt *aduerſi ſaporis*, magis adultis quam infantibus conueniant.
6. Pro *vſu externo* infuſa non praeſcribuntur.

## VI. OBSERVATIONES.

1. Infuſa cum *ſero lactis* parare, vel *ſirupos* aut *ſuccos*, v. g. de pomis borsdorffianis, iisdem addere, minus conuenit. Quando cum cereuiſia fermentante ſpecies infunduntur, liquor vocatur: Kräuter=Bier.
2. Tam infuſorum quam decoctorum commendatio eſt, vt non *ſapore* tantum, ſed & *colore* non adeo inamoena ſint.
3. Caueatur autem, ne, dum amarum ſaporem corrigere intendimus per *ſaccharata*, flatulenta & colica pathemata in primis viis excitemus. Tacemus, quod ſaccharum ſaporem aduerſum penitus non auferat.
4. *Radix ari* numquam omittatur, quando infuſum ad menſes prouocandos praeſcribendum eſt.
5. *Terrea*, *pinguia* & *mucilaginoſa* infuſis minus conueniunt.
6. *Emetica* infuſa *ex ♁io parata*, ante adſumtionem per chartam emporeticam filtrentur, ne quid de ſubſtantia ♁ii hauriatur, & hyperemeſis inducatur.

## VII. FORMVLAE.

1. *Emeticae.*

1) ℞. Vitr. ♁ii pellucid. gr. viii.
infund. cum vin. Rhenan. ℥ij
ſtent per noct. filtr.
S. Brech=Träncklein auf einmal.

†

2) ℞. Croc. metallor. gr. vi.
infund. per noct. c. vin. Rhen. ℥ij
filtr. S. vt antea.

†

2. *Laxantes.*

1) ℞. Rhabarb. elect. ʒj
fol. fenn. ſ. ſtip. ʒij
cryſtall. ♀i
ſemin. caru. ana ℈j.
Infund. per noct. in ſ. q.
▽. feru. mane parum
bulliat. Colat.
add.
mann. elect. ʒvj
d. pro doſi.

†

2) ℞. Mann. elect. ℥iij. ſolu.
in ▽. feru. ℔ij. In
colat. infund.
rad. cichor.
polypod. ana ʒij
ſummit. cent. min.
abſinth. ana Mß.
fol. ſenn. ʒvj
rhabarb. elect. ʒij
crem. ♀i.
cort. ⊙nt. ana ʒj
ſtent in digeſt. per ♀. mane
col. e leni expreſſione
d. ad vitr. S. Laxiren-
der Tranck, davon
alle 3. Stunden ein
Spitz = Glas voll
warm zunehmen.

†

3) ℞. Rad. 5. aperient. mai. ʒij
ononid.
ſcorzoner. ana ʒj
ſummit. card. bened.
cent. min. ana
Mß
fol. ſenn. ℥iß
fibr. elleb. nigr.
rhabarb. elect. ana ʒij
cort. ⊙nt.
tamariſc. ana ʒiij
⊖. abſinth.
geniſt.
♀i ana ʒiß
adfund. ▽. feru. ℔iß
refrigerat. add. vin. Rhen.
℔iv. dos. ℥vj. *in hy-
drope.*

†

4) *Infuſum laxans in ictero.*
℞. Rad. cichor.
tarax.
vincetox.
pimp. alb. ana ʒiij
Herb. capill. ven.
marub. alb.
abrotan.
ſummit. cent. min. ana
Mß.
ſem. foenic.
caru. ana ʒiß
fol. ſenn. ſ. ſt. ℥j
rhabarb. elect.
fibr. elleb. nigr. ana ʒij
♀i ſolub. ℥ß
Inc. adfund. ▽. feru. ℔j
& quando refrixit, add.
vin. Rhenan. ℔iv.
Dos. ℥vj. & vltra.

†

5) *Infuſum laxans carminativum.*
℞. Rad. gent. rubr.
caryophyllat. ana
ʒiij
galang. ʒij
ari ʒiß
Herb. meliſſ.
menth. criſp.

ſummit.

ſummit. cent. min. ana Mß
rhabarb. elect. ℥ß
fibr. ellebor. n. ʒij
ſem. foenic.
cort. winteran. ana ʒij
cinnam. ʒj
⊖is ♀i ʒj
Inciſ. contuſ. infund. in vin. bon. alb. ℔iv. Dos. ℥vj

†

6) *Infuſum laxans in quartana.*
℞. Rad. ari ʒij
pimp. alb.
vincetox.
irid Flor. ana ʒiij
Herb. cuſcut.
epithym.
ſummit. cent. min.
marrub. alb. ana Mß
fol. ſenn. Alexandr. ʒvj
fibr. ellebor. n. ʒiij
rad. bryon.
polypod. ana ʒij
cort. citr.
⊙nt.
♀i ⊖lat. ana ʒij
Inciſ. adfund. l. a dos. ℥vj. mane.

†

7) *Nodulus laxans in hiſt. morb. Vratislau. ad hydropem laudatus.*
℞. Rad. enul.
aſar. ana ℥ß
Herb. ſalu.
eupator.
cichor.
veron.
cuſcut. ana Mj
gran. paradis. ʒiß
mac. ʒj
ſem. cartham.
anis.
petroſel. ana ʒiij
rhabarb. elect. ʒij
Coq. in vin. menſ. iij. colat.
℞. ℔iij. add.
ſirup. Byzanth. ℥iij
M. f. potio, pro robuſtis doſ. ℥vj.
NB. Haec form. ad potiones referatur.

†

8) *Nodulus laxans in lue venerea.*
℞. Rad. bardan. mai. ℥j
chin.
ſarſap. ana ℥ß
lign. iuniper.
guaiac. ana ℥ß
ſaſſafr. ʒij
herb. ſaponar. Mij.
fol. ſenn. f. ſt. ℥iß
fibr. ellebor. n. ℥ß
♀i ſolub. ʒiij
Inciſ. contus. infund. in ▽. feru. ℔ij refrigerat. add.
vin. alb. ℔ij.
Dos. ℥vj - viij. mane.

†

9) *Nodulus laxans antiſpaſticus.*
℞. Rad. polypod. querni
angelic.
valerian.
poeon. ana ℥ß


Herb.

Herb. hyſſop.
adianth. alb.
aur.
anagall. ana Mß
Com. milleſol.
Flor. lil. conuall.
til.
calendul.
anagall. punic. ana
Pij.
Fol. ſenn. ſ. ſt. ℥iß.
Fibr. ellebor. n.
rhabarb. elect. ana ℥ß
arcan. ♀i ʒiij.
Inciſ. contus. infund. l. a. c.
▽. ſimpl. & vin. q. s.
Dos. ℥vj. alternis diebus.
†

10) *Nodulus antiſpaſtico-arthriticus.*
℞. Rad. cichor.
vincetox. ana ℥ß
ſarſaparill.
chin. ana ʒiij
Herb. chamaedr.
chamaepyt.
agrimon.
origan. ana Mß.
Flor. geniſt.
tunic.
ſambuc.
verbaſc. ana Pij.
Cort. ☉ant.
citr. ana ʒiß
fol. ſenn. ſ. ſt. ʒvj
Rad. rhabarb. elect.
polypod.
fibr. ellebor. n. ana ʒij
hermodactyl. ʒj
cryſtall. ♀i ʒij

Incis. contus. infund. l. a. c.
▽. ſ. & vin. generos.
†

11) *Nodulus laxans cephalicus.*
℞. Rad. imperator.
zedoar.
calam. aromat.
polypod. ana ℥ß
Herb. betonic.
meliſſ.
puleg.
roriſmar. ana Mß
Flor. anth.
lauendul. ana Pij
cardamom.
cubeb. ana ʒj
fol. ſenn. f. ſt. ℥j
rhabarb. elect.
fibr. ellebor. n. ana ʒiij
agar. mund. ʒij
⊖is polychreſt.
cryſtall ♀i ana ʒiß
Inciſ. contus. infund. l. a. c.
▽. feru. & vin. q. s.

†

3. *Diaphoreticae.*
1) ℞. Rad. ſcorzoner.
imperator. ana ℥ß
Herb. ſcord.
ſcabios. ana Mß
Inciſ. infund. in ▽. feru. q. s.
leniter ebulliendo.
†

2) ℞. Rad. pimp. alb.
vincetox. ana ℥ß
Herb. galeg.
bellid. ana Mß
Incis. infund. in ▽. feru.
ſumatur calide.

4. *Diu-*

†

4. *Diureticae.*

1) ℞. Rad. petroſelin.
apii.
ononid.
caryophyllat. ana ℥iij
herb. chaerefol.
capill. ven.
virg. ☉r.
petroſelin. ana Mß
flor. bellid.
violar. ana Pij
cort. cappar.
tamariſc. ana ℥ij
bacc. alkekeng. no. viij.
⊖is ♀i
geniſt. ana ℥ij
Inciſ. infund. in vin. alb. l. a.
Dos. ℥iv. c. ſucc. raphan. ℥ij. ter per diem repetenda.

†

2) ℞. Rad. helen.
cichor.
vincetox.
bryon. ana ℥ß
herb. naſturt.
lign. ceruin.
ſcabios. ana Mß
ſummit. cent. min.
bellid. ana Pij
cort. ☉ant. ℥iij
ciner. geniſt.
iuniper. ana Mj
Inciſ. infund. l. a. in ▽. ferr. & vin. alb. Dos. ℥iv. ter per diem.

†

3) ℞. Ciner. bryon.
ſtipit. fabar.
abſinth.
ebul.
iuniper.
geniſt. ana Mj.
Adfund. vini vel potus ordinarii mens. v.

†

5. *Emmenagogae.*

1) ℞. Rad. ari
pimp. alb.
irid. Florent.
rub. tinctor.
caryophyll. ana ℥ß
Herb. meliſſ.
artemiſ. rubr.
puleg.
roriſmar.
marrub. alb. ana Mß
Flor. calend.
borrag.
bugloſſ. ana Pij
Inciſ. contus. d. ad chart. S. Species, davon 1. Löffel voll in ſiedend ▽. zu infundiren, u. wenns gnugſam extrahiret, gleich einem Theé zu trincken, morgens und nachmittags.

†

2) ℞. Rad. bryon.
caryophyllat. ana ℥iß
Herb. trifol. fibrin.
artemiſ.
card. bened. ana Mß
Flor. calendul. P iv
cent. min. P iij.


fibr.

fibr. ellebor. nigr.
fol. ſenn. ſ. ſt. ana ℥iij
crem. ♀i ℥iß
Incis. M. ſ. ſpec. mit halb ▽. und Wein ana menſ. ſemis zu kochen. Dos. täglich Mß.
Plures formulae petantur ex infuſis per epicraſin laxantibus.

†

6. *Pectorales.*

1) ℞. Herb. veron.
heder ▽ſtr.
tuſſilag. ana Mß
Flor. bellid.
ſcabios.
violar. ana Pij
Incis. d. ad chart. S. Species als einen Theé zu gebrauchen.

†

2) ℞. Rad. polypod.
liquirit.
bryon. ana ℥ß
Herb. veronic. Miv.
betonic. Mj
baſilic.
thym. ana Mß
Lign. ſaſſafr. vnc. vnam.
Cinnam. elect. ʒj
Sem. anis.
foenic. ana ʒij
Concis. contus. S. vt ſupra.

†

3) *Infuſum Paracelſi correctum.*
℞. Rad. ari.
pimp. alb. ana ℥j
Herb. pyrol.
ſanicul.
heder. ▽ſtr.
veron. ana Mß
Flor. cent. min.
bellid. ana Pij
Inciſ. contus. vſurpentur vt theé.

7. *Adſtringentes.*

†

1) ℞. Herb. heder. ▽ſtr.
ſanicul.
virg. ⊖r. ana Mj
Summit. hyperic.
millefol. ana Mß
Incis. d. ad chart. vſurpentur vt theé.

†

2) ℞. Rad. ſymph. mai.
tormentill. ana ℥ß
Herb. veronic.
vinc. per vinc. ana Mß.
Flor. cent. min.
bellid. ana Pij
cort. baluſt. ʒij
Incis. cont. S. vt ſupra.

†

8. *Reſoluentes.*

1) ℞. Rad. pimp. alb.
menth. criſp.
puleg.
ſerpill. ana Mß
Cort. citr.
⊙ant. ana ʒij
cinnamom.
cubeb. ana ʒj
ſem. foenic.
⊖is ♀i ana ʒiij
Inc. infund. in vin. alb. q. s.

†

2) ℞. Rad. caryophyllat.
bryon.
irid.

irid. Florent.
bardan. mai. ana ℥ß
Herb. meliſſ.
hyſſop.
origan.
roriſmar. ana Mß
Cort. Winteran.
cinnam. ana. ʒij
Sem. dauc.
cardamom. ana ʒiß
⊖is ♀i ʒiij
Inc. infund. in vin. alb. q. s.
dos ℥iv. ter per diem.

†

3) ℞. Rad. ariſtoloch. rot.
imperator.
carlin.
dictamn. alb. ana ℥ß
Herb. ſcord.
chaerefol.
hepatic. nob.
capill. ven. ana Mß
flor. lauendul.
ſcabios. ana Pij
ſem. anis. ʒiij
raſur. lign. ſaſſafr. ℥ß
paſſul. min. ℥iß
hord. excortic. ℥iij.
Inc. cont. infund. in ▽. feru.
q. s. leniter bulliant, bibantur quotidie bis ℥vj.
*ad reſoluendum & expectorationem promouendam.*

†

4) ℞. Rad. tarax.
cichor.
gramin.
tusſilag. ana ʒiij.
Herb. adianth. alb.
epithym.
cuſcut.
aceros. ana Mß
Flor. roſar. rubr.
cheir.
anagall. punic. ana Pij
Cort. citr. ʒij
♀i ſolub. ʒiij
Inc. infund. ▽. feru. q. s.
Dos. ℥v. ter per diem.

†

5) ℞. Rad. gent. rubr.
curcum.
galang.
zedoar. ana ℥ß
Herb. chaerefol.
geran.
agrimon.
beccabung. ana Mß
Flor. ſtœchat. Arab.
galeops. ana Pij
Cort. ☉nt.
Cryſtall. ♀i ana ʒiij.

†

6) ℞. Rad. leuiſtic.
petaſit.
enul. ana ℥ß
Herb. pulmon. maculos.
cent. min.
fumar. ana Mß
Flor. anth. Piij
Cort. cinnam. ʒij
Inc. infund. in ▽. ſ. feru. & vin. alb. l. a.

†

9. *Roborantes, tonicae, neruinae.*

1) ℞. Rad. caryophyllat.
rub. tinctor.
gent. rubr.
ari ana ℥ß
Herb.

Herb. ſcolopendr.
agrimon.
card. bened.
epithym. ana Mß
Flor. ſpic.
ſchoenanth.
borrag. ana Pij
Cort. ☉ant.
citr. ana ʒij
Inc. infund. in ſ. q. vin. alb.
Dos. ℥iv - vi.

†

2) ℞. Rad. galang.
fragar.
valerian.
helen. ana ℥ß
Herb. abrotan.
ſcord.
meliſſ.
verben. ana Mß
Flor. calend.
bugloſſ.
anagall. punic. ana Pij
Cort. caſcarill.
Winteran. ana ʒiij
Inciſ. infund. l. a.

†

3) ℞. Rad. cyper. rotund.
coſt. veri.
zedoar.
biſtort. ana ℥ß
Herb. ſerpill.
puleg.
thym.
betonic. ana Mß
Flor. anth.
roſar.
tunic. ana Pij
Lign. aloës ʒiij
Sem. fœnic. aniſ. ana ʒij
Inc. infund. l. a.

†

4) ℞. Rad. pimp. alb.
tormentill.
chelidon. mai. ana ℥ß
Herb. cent. min.
roriſmar.
ſanicul.
virg. ☉r. ana Mß
Flor. cyan.
lil. conuall.
calcatripp. ana Pij
Cort. ☉ant. ℥ß
Sem. caru. ʒij
Inc. infund. l. a.

# TABVLA XIV.

## DE

# DECOCTIS.

*I. DEFINITIO.*

Decoctum eſt medicamentum, ex variis ſpeciebus mediante menſtruo adpropriato per conuenientem coctionem paratum. Dicitur graece ἀπόζημα, ἀφέψημα, ἀφεψάω decoquo.

*II. DIF-*

*II. DIFFERENTIA.*

1. Decocta ab infuſis non tantum coctione, ſed & materiis aliquo modo differunt. Ad *infuſa* enim eliguntur tales ſpecies, quae minus ſunt compactae, atque hinc virtutem ſuam medicamentoſam cum liquore facilius communicare poſſunt. Ad *decocta* autem ſpectant, quae materiae magis compactae ſunt, & coctione indigent, e. g. ligna, radices compactiores.
2. De *decoctis per infuſionem, ſeu infuſis calidis* praecedente tabula iam diximus.
3. Ad decocta etiam referri poſſunt *gelatinae*, item *iniectiones*, nempe *clyſteres* & *gargariſmata*. Quoniam autem de *iniectionibus tab. chirurg.* LXXIV. iam dictum, & de *gelatinis* nihil peculiariter notandum eſt, hoc loco formulas tantum gelatinarum & iniectionum addemus.
4. Non minus ad decocta pertinent antiquae illae formulae, quando ex ∇. & melle per coctionem parant medicamentum, *hydromel* dictum, vel quando mel cum aceto coquunt, & ſic remedium, quod *oxymel* dicitur, parant. Talia oxymellita & hydromellita in pharmacopœis varia proſtant.

*III. MATERIA.*

1. *Decoctorum* materiae quam parum ab ingredientibus *infuſorum* differant, eluceſcit ex iis, quae ſub *differentia* n. 1. dicta ſunt. Hinc ſuperfluum iudicamus ea, quae praecedente tab. hac de re diximus, hic repetere.
2. Loco *menſtrui* aquoſi, quod vſitatiſſimum eſt, alia interdum vſurpantur, e. g. cereuiſia, ſerum lactis, iuſculum gallinaceum.
3. *Gelatinae pharmaceuticae* parantur ordinarie ex C. C. in libero aëre, vel clibano tepido ſiccato, & poſt ea raſo. Vſtum autem C. C. & alia ſicca 🜃ea, e. g. oc. ♋. corallia, ♂ialia, niſi quidem menſtruum ſalinum adhibeatur, abſurde praeſcribuntur. *Culinariae gelatinae* e variis carnibus, it. ex oſſibus, vt ſatis conſtat, parantur.
4. Sic etiam *ſpirituoſa, volatilia*, & alia, quae ſub decoctione eneruantur, ad hanc formulam non adhiberi, vel ad minimum igne leniſſimo tractari, debent. e. g. herbae antiſcorbut. ⊖ia /\lia, eſſentiae, vinum, niſi in vaſe clauſo coctio fiat.
5. Neque conueniunt decoctis *oleoſa, pinguia, reſinoſa, gummatoſa*.
6. *Mineralis* regni ſubiecta merito etiam excluduntur, vti ex *animali* regno nonnulla tantum, eaque rarius, ad decocta recipiuntur.
7. Pro *grato ſapore*, facta decoctione interdum modice adduntur ſirupi acidi, ſpiritus acidi, vel aromata.

*IV. ORDO ET DOSIS.*

1. Quae tab. praeced. de *infuſis* hac

de re dicta ſunt, huc referantur. Non ſemper autem neceſſarium eſt, vt ſingulae ſpecies, ibidem notatae, ad formulam decocti vel infuſi ſumantur.

2. Nimia quantitate decocta praeſcribere non conuenit, ne corruptionem incurrant. Sufficit vna vel altera menſura, quae in locum frigidum collocanda eſt.

3. Vnciae duae ſpecierum expoſcunt ordinarie menſtrui Mj.

4. Reliqua ex ipſis formulis pateſcunt.

*V. VSVS.*

1. Vſus decoctorum conuenit in genere cum infuſis. Quoniam enim efficaciter ad humores penetrant, eosque diluunt, in multis adfectibus laudabilem effectum praeſtant. Hinc in praxi medica commentari merentur.

2. Ordinantur autem decocta;

1) Modo pro ſcopo *purgante*, ac tum quidem rhabarbarum, folia ſennae, polypodium, quernum, bryonia & nonnulla ſalia recipiuntur, & cum ſpeciebus reſoluentibus nonnullisque roborantibus combinantur.

2) Modo pro effectu *diaphoretico*, *mundificante*, *reſoluente*, *abſtergente*, *temperante* &c.

3. De vſu decoctorum illorum, quae extrinſecus adplicantur & iniiciuntur, legatur *tab. chirurgica de iniectionibus*.

*VI. OBSERVATIONES.*

1. *Gradus* coctionis differunt:

1) Modo enim ſpecies cum liquore tantum ebullire debent, & tum ſufficit, liquorem in tanta quantitate ſumere, quanta ad paranda infuſa ſumitur.

2) Modo coctio tam diu continuatur, vt dimidia, tertia vel minor portio remaneat, quo caſu liquor proportionate debet augeri.

2. Cauendum eſt, ne decocta ingratum *ſaporem* nanciſcantur, & quando *turbulenta* ſunt, clarificari debent, per albumen oui, niſi quidem repetita transcolatio ſufficiat.

3. Quo *compactiores* ſunt ſpecies, eo diutius coctio eſt continuanda. Hinc in decoctis primum radices coquuntur, poſtea adduntur herbae, & denique flores, aromata & *liquiritia*. Haec enim, ſi ſub initium cum reliquis coquitur, decocto amaritiem, vtut dulcis ſit, conciliat.

4. *Menſtruum* extrahendis particulis debet eſſe proportionatum. Hinc in decoctis reſinoſa fruſtra praeſcribuntur, quando menſtruum aquoſum ſumitur.

5. *Portio liquoris*, quoniam adeo praeciſe non poteſt determinari, arbitrio pharmacopoei vulgo relinquitur.

6. Quando *digeſtione* vel *maceratione* opus habent ſpecies, digerantur prius, & formulae ſubiungatur: infund. in ▽. s. q. s. digerantur per noctem, & mane coquantur.

7. Fiat

7. Fiat enim mentio *vaſis*, videlicet num coctio fieri debeat in vaſe aperto, an in clauſo, an in diplomate ſeu lagena, an in cucurbita, caeco alembico munita, an vero in balneo mariae.

8. Adiiciatur quoque formulae *tempus*, quam diu coqui debeant ſpecies, item num ad conſumtionem dimidiae, tertiae vel quartae partis continuanda ſit.

9. Praeterea *colaturae* quoque mentio fiat, num ſcilicet ſimpliciter, vel cum expreſſione peragi debeat.

10. Species inciſae & contuſae praeſcribuntur, vel ad chartam, vel in officinis ſacculo, ex ſindone rubra confecto, includuntur. Priore caſu formulae ſubiicitur; incis. contus. gr. mod. d. ad chartam; poſteriore autem: includantur ſacculo ex ſindone rubra.

*VII. FORMVLAE.*

I. *Laxantes.*

1) ℞. Decoct. prunor.
citri ana ℥iij
fol. ſenn. ſ. ſt. ℥ij
rhabarb. elect. ℥j
crem. ♀i. ℈ij.
M. ſtent per ♃. mane leniter bulliant in vaſe clauſo. Colat. add. man. calabrin. ℥j. Coletur de nouo, & calide bibatur.

†

2) ℞. Decoct. ſcorzoner. ℥iv. in quibus diſſolu. mann. elect. ℥j
Colat. add. diacyd. luc. ialap. ℥j
▽. cinnam. ℥ij
liqu. ▽. foliat. ♀i ℥ß
M.

†

3) ℞. Decoct. tamarind. ℥v. in quibus ſolu. mann. calabr. ℥j. ſirup. de pom. laxant. ℥ij.
M.

†

4) ℞. Rad. cichor.
tarax. ana ℥ß
herb. bellid. min. Mj
tamarind. ℥iij
Coq. in ſ. q. ▽. ſ. ad remanent. ℔j. col. Dos. ℥viij.

†

5) ℞. Decoct. paſſul.
tamarind. ana ℥iij
col. infund. fol. ſenn. ℥ij
rharb. elect. ℥j
♀i ♀iſat. ℥ß
Leniter bulliant & calide bibantur pro doſi.

†

6) *Decoctum Epiphan. Ferdinand. antihydropicum.*
℞. Rad. cucum. aſinin.
ireos.
herb. ſoldanell.
cort. med. ſambuc. ana ℥iij
Inc. cont. inf. per ♃. & ☾. in vin. alb. ℔vj. ebulliant in vaſe clauſo, ad conſumtionem ⅓
Dein add. ſem. cumin.
aneth. ana ℥iß
Cort. citr. ℥j
Gumm. ſagapen.
maſtich.
ana ℥ij

Ebullant. l. a. col. & ſeruentur. Dos. ℥vj. & vltra, poſt intervallum aliquot dierum repetenda.

†

2. *Diaphoreticae.*

1) ℞. Rad. ſcorzon.
angelic.
enul.
ſarſaparill. ana ℥j
paſſul. min. ʒvj
caric. ping. no. vj.
Incis. coq. in ſ. q. ▽. s. ad remanent. mens. ii. ſeu ℔iv.

†

2) ℞. Rad. carlin.
imperator.
chin. ana ℥j
Raſur. C. C.
lign. ſaſſafr. ana ℥iß
dactyl. no. xii.
Coq. l. a. ad remanent. mens. ij.

†

3. *Diureticae.*

1) Decoctum diureticum ad exvlcerationem hepatis & lienis ab *Ettmüllero* laudatum.
℞. Raſur. lign. iunip. ℥ij
ſaſſafr. ℥j
Macerentur per ♀. in ▽. ſ. ℔iv. mane add.
Herb. veronic.
heder. ▽ſtr.
alchymill. ana Mj.
raſur. C. C. ʒvj
Coq. inuicem ad conſumtionem ⅓ vel medietatis. Colat. add. ſirup. de ſymph. *Fernel.*
hyſſop. ana q. s. ad grat. ſaporem.

†

2) *Decoctum nephriticum Foreſti.*
℞. Sem. malu.
alth. ana ʒij
cicer. rubr. ʒiij
4 frigid. mai. ana ʒij
hord. mund. ℥ij
caric. pingu. no. viii.
ſebeſten. no. vii.
rad. liquirit. ʒvj
Coq. in ▽. ſ. ℔iij. ad conſumtion. ½ p. col. Dos. ℥iij–iv. binis vel ternis horis repetenda.

†

4. *Ad ſaliuationem particularem.*
℞. Rad. pyrethr. ʒiij
cyclamin. ʒij
Herb. nicot.
piperit. ana Mj
Sem. eruc.
ſinap. ana ʒij
Coq. in ▽. ſ. ℔iß & + ℔ß.
Col. add. oxymel ſimpl. ℥iij
M. teneantur calide in ore.

†

5. *Expectorantes.*

1) Rad. pimp. alb.
ari ana ℥ß
Herb. veronic.
heder. ▽ſtr.
ſanic.
pyrol. ana Mj
Coq. in ▽. ſ. q. s. ad remanentiam mens. j. Col. add. ſirup. heder. ▽ſtr. ℥iij. d. ad vitr. Dos. ℥vj. calide ſumendae.

†

2) ℞. Rad. enul.
vincetox.

chin.

chin. ana vnc. ſemis.
Herb. ſcabios.
bellid. min.
virg. aur.
tusſilag. ana Mj
Inciſ. d. ad chart. S. ſpecies zum Tranck, davon der 4te Theil in einer Kanne ▽. gelind zu kochen, und tägl. 3 mal ℥iv. warm zu trincken.

†

3) ℞. Raſur. lign. ſanct.
ſaſſafr.
rad. chin. ana vnc. j.
Infund. per ♀. mane coq. in ▽. ſ. q. s. ſub fin. coct. add.
Rad. liquirit. ℥ß
herb. marrub. alb.
eryſim. ana Mß
Col. d. ad vitr. Dos. ℥v. in *tusſi venerea*.

†

6. *Incraſſantes & adſtringentes.*

1) ℞. Rad. alth.
tusſilag.
liquirit. ana ℥ß
fol. querc.
ſummit. milleſol. ana Mj
flor. balauſt.
hyperic. ana Pij
iuiub.
ſebeſt.
fic. ana no. vi.
hord. excortic. ℥ij
Coq. in ſ. q. ▽. Colat. add. ſirup. ceraſor. vncias tres.
M.

†

2) ℞. Rad. tormentill.
biſtort.
ſymph. mai.
plantag. ana ℥ß
Herb. ſanicul.
pyrol.
alchymill.
virg. aur. ana Mß
Flor. milleſol.
roſar. rubr. ana Pij.
Coq. in ſ. q. ▽. ſ. Colat. ℔ij. add.
Sirup. corall.
plantag.
de ſymph. *Fernel.*
ana ℥ß
M.

† Probat. per me Franciscum [illegible] contra [illegible] [illegible]

3) ℞. Rad. conſolid. mai.
dictamn. alb.
tormentill.
biſtort. ana ʒij
Herb. herniar.
piloſell.
ſtellar.
burs paſtor.
polygon. ana Mj
flor. roſar. rubr. Pij.
nuc. cupreſſ. no. iv.
ſ. decoctum cum vino rubr. in vaſe opt. clauſo. *Hoc decoctum Muſſitani ad procidentiam vteri laudatur.*

†

7. *Emollientes.*

℞. Rad. alth.
lilior. alb.
liquirit. ana ℥ß
Herb. malu.
branc. vrſin.
abſinth. ana Mß
Flor. chamomill.
violar.

melilot.
verbaſc. ana Pij
ſem. foenu graec. ℥ß
dactyl.
fic. pingu. ana no. IV.
Inciſ. coq. in lacte q. s. & adplicentur calide pro vſu externo.

†

8. *Incidentes, reſoluentes, abſtergentes, mundificantes.*

1) ℞. Raſur. lign. ſaſſafr. ℥ii
guaiac.
Rad. chin.
ſarſaparill. ana ℥j
cinnamom.
ſem. foenicul. ana ʒj
Inciſ. contus. infund. in ſ. q. ▽. ſ. per ♀. manc. coq. ad remanent. ℔iij. Dos. ℥vj

†

2) ℞. Lign. pin.
iuniper ana ℥ij
Rad. pimp. alb.
bardan. ana ℥j
herb. ſaponar. Mj
ſem. anis. ʒij
Coq. vt antea.

†

3) ℞. Rad. enul.
imperator.
vincetox.
angelic. ana ℥ß
Herb. capill. ven.
marub. alb.
chaerefol.
ſcord. ana Mß
Sem. anis.
foenic. ana ʒij
Cort. Winteran. ℥ß
Coq. in ▽. ſ. q. s.

4) ℞. Rad. dictamn. alb.
caryophyllat.
irid. Florent.
lapath. acut. ana ℥ß
Herb. hyſſop.
ſcabioſ.
bellid.
virg. aur. ana Mß
Sem. caru.
Cort. ☉ant ana ℥ß
Conc. contus. coq. in ſ. q. ▽. ſ.

†

5) ℞. Rad. ari
pimp. alb.
ſcorzon. ana ℥ß
raſur. C. C ℥j
Incis. d. ad chart. S.
Species zu geſottenem Waſſer.

†

6) ℞. Rad. apii.
cichor.
tarax.
ariſtoloch. rot.
gramin.
valerian. ana ℥ß
Conc. contus. gr. m. d. ad ch. S.
Species, davon täglich zweymal einen Löffel voll in ℔iß ▽. zu kochen, u. warm zu trincken.

†

9. *Temperantes.*

1) ℞. Pom. citr. no. II.
Inc. coq. in ▽. ſ. ℔vj
Colat. add.
ſirup. acetos. citr.
cydonior.
ceras. nigr. ana ℥ij
M. d. S. Kühlend-ſtärckender Tranck.

†

2) ℞. Decoct. tamarind. Menſ. j
 ⊕ ʒiat. ℥ß
 ⊖. prunell. ʒij
 M. S temperirender Tranck, davon den 8ten Theil einer Kanne auf einmal zu trincken.

†

3) ℞. Rad. ſcorzoner.
 raſur. C. C.
 ebor. ana ℥j
 Conc. contus. coq. in ▽. ſ. ℔iij
 Sub fin. coct. add.
 paſſul. min. Mj
 ſem. fœnic. ʒij
 flor. papau. rh.
 roſar. rubr. ana Pj
 bulliant. col.

†

4) *Gelatina temperans.*
 ℞. Raſur. C. C. ℥iv
 ebor. ℥ij
 Coq. lento △ in vaſe vitreato c. ▽. ſ. q. s. ad remanent. ℔ij. Col. exprimatur, cum album. oui clarificetur, add.
 ſacch. alb. ℥v.
 vin. Rhen. ℥iv.
 ſucc. citr. ℥j
 Redigantur in conſiſtent. gelatinae.

†

5) *Gelatina temperans & nutriens.*
 ℞. Auen. excort. ℔ß
 paſſular. mund. ℥iij
 raſur. ebor.
 C. C. ana ℥j
 Carn. vitulin. (einen gantzen Kalbs-Schenckel) in minutiſſima contritae.
 Coq. c. ℔vj. ▽. s. in olla bene lutata, bulliant per 4. hor. ſub frequente vaſis agitatione, (daß es nicht anbrenne) transprimatur & reponatur. Dos. cochl. ij. in iuſculi gallinacei ℔j. ſoluta, & mane adſumenda.

## DECOCTA EXTERNE ADPLICANDA.

1) *Clyſter emolliens.*
 ℞. Rad. alth.
 lil. alb. ana ℥ß
 Herb. malu.
 branc. vrſin.
 Flor. chamomill. ana Mß.
 Inc. coq. in ▽. ſ. ad remanent. ℔j. Add.
 ☍. oliuar. cochl. ij.
 verbaſc. ℥ß
 vitell. ouor. no. 1.
 ⊖. comm. ʒj.
 Adplicetur vt moris eſt.

†

2) *Clyſter emolliens in adfectibus calculoſis.*
 ℞. Herb. veronic. Mij
 parietar. Mj
 Coq. in ▽. ſ. ad reman. ℔j
 add. ☍. chamomill.
 lil. alb. ana ℥ß
 electuar. lenitiu. ʒiij
 vitell. ou. no. j.
 ⊕. depurat. ʒß.

3) *Alius*

†

3) *Alius clyſter emolliens.*
℞. Rad. melilot. ℥j
Herb. violar.
mercurial.
parietar. ana Mj
Flor. melilot.
verbaſc. ana Mß
Sem. foen. graec.
lini ana ʒij
Coq. in ſ. q. lactis ad remanent. ℔j. add.
vnguent. clyſmat.
mell. roſac. ana vnc. ſemis.
⊖. gemm. ʒij
M. d.

†

4) *Clyſter emolliens & carminatiuus.*
℞. Decoct. emollient.
carminat. ana ℥v.
MP. *Beccher.* ʒj
☍. chamomill. ℥j
aneth. vnc. ſemis.
⊖. comm. ʒj
vitell. ou. no. j. M. d.

†

5) *Alius carminatiuus.*
℞. Decoct. carminat.
furfur. tritic. ana ℥v.
terebinth. vnc. ſemis.
vitell. ou. no. 1. M. d.

†

6) *Clyſter acris ſeu ſtimulans.*
℞. Herb. rut.
ſalu.
roriſmar. ana Mj
Fol. tabac. Mß
ſenn. ʒiij
Coq. in s. q. ▽. ad remanent. ℥x. Colat. add.
electuar. diacolocynth. ℥j
mell. mercur. vnc. ſemis.
⊖. gemm. ʒij
M.

†

7) *Alius.*
℞. Rad. ariſtoloch.
cyclam. ana vnc. j.
Herb. ſerpill.
origan. ana Mj
agaric. ʒij
Coq. in ▽. ſ. ad remanent. ℥x. Colat. add.
electuar. hier. picr. ℥ß
extr. ellebor. nigr. ʒß
M.

†

8) *Alius.*
℞. ⊡. ſan. ℥viij
extr. cathol. vnc. j.
mell. roſac. vnc. ſemis.
M.

†

9. *Alius ad haemorrhoides promouendas.*
℞. Rad. bryon. ℥j.
ellebor. nigr.
Herb. cent. min. Mj.
Coq. in ▽. ſimpl. ad remanent. ℥x. Colat. add.
MP. *Beccher.* ʒj
extr. cent. min.
ellebor. nigr. ana ʒß
⊖. gemm. ʒij
vitell. ou. no. j.
M.

10. *Cly-*

†

10) *Clyſter phlegmagogus.*
℞. Rad. bryon.
eſul. ana vnc. ſemis.
herb. gratiol.
agrimon. ana Mj
flor. geniſt.
ſambuc. ana Pij
bacc. iuniper. vnc. ſemis.
Coq. in ▣. ſan. Colat. ℥x.
add. electuar. bier. picr. ℥j
⊖. commun. ʒj
M.

†

11) *Clyſter. anthelminticus.*
℞. Rad. gramin.
filic. ana vnc. ſemis.
herb. tanacet. Mj
ſummitat. abſinth. Mß
Coq. in lacte ad remanent. ℥x
Col. add. mell. roſac. vnc. j.
fell. taurin. ʒj
☋. abſinth. ʒvj
⊖. commun. ʒj
M.

†

12) *Clyſter vterinus ad molam educendam. Ettm.*
℞. Herb. artemis.
ſabin. ana Mj
⊖. ♀i ʒß.
Coq. in ſ. q. ▽. ſ.
Col. add.
eſſent. myrrh.
aſae foetid.
caſtor. ana ʒß
☋. laurin.
irid.
lil. alb. ana ʒj
vitell. ou. no. 1.
ſirup. de artemis. vnc. j
M.

†

13) *Gargariſma reſoluens.*
vid. *tab. med.* p. 251.

†

14) *Adſtringens.*
Vid. *tab. med.* p. 252.

†

15) *Decoctum ad achores abſtergendos.*
℞. Rad. lapath. acut.
enul.
ariſtoloch. rot. ana vnc. ſemis.
Herb. nicotian.
ſaponar.
chelidon. mai. ana Mß.
Coq. in lixiuio vel ▣ poſt ablutionem adhibeatur oleum ouorum vel cerae.

†

16. *Decoctum ad aphthas abſtergendas.*
℞. Rad. ariſtoloch. rot.
ari.
pimp. alb. aua ℥ß.
Coq. ▽. ſ. ſub fin. coct. add.
Herb. agrimon.
hyſſop.
prunell. ana Mß.
bulliant. colat. ℥vj. add.
mell. roſat. ℥ij
Hoc decocto calide imbuatur linteum, quo lingua & fauces fricentur.

†

17) *Decoctum abſtergens, vlceribus fiſtuloſis iniiciendum.*

℞. Rad. ari.
ariſtoloch. rot.
bardan. mai. ana ℥j
Herb. pyrol.
ſanicul.
heder. 🜄ſtr. ana Mß
nicotian. Mj
Coq. in 🜄. ſ. q. s.
Colat. ℔iij. add.
☋. myrrh. per deliq. ℥j
M.

†

18) *Aliud.*

℞. Herb. virg. ⊙r.
veronic.
ſcord.
chelid. mai. ana Mj
Coq. in 🜄. calc. viv. ℔ij.
Col. add.
mell. ☿ial. ℥iß
vnguent. Aegypt. ʒvj
M. calide iniiciatur.

# TABVLA XV.
## DE BALNEIS.

### I. DIFFERENTIA.

1. LOtio totius corporis *balnei* vel *balinei* nomine venit.
2. Lotionem autem inferioris tantum corporis *inſeſſum* vel *ſemicupium* vocamus.
3. Pedum lotio pediluuium, capitis autem capitiluuium ſeu embrocatio audit. Huc ſpectant *lixiuia ſapientiae*, quae delirioſis ordinantur pro capite lauando.
4. Balnea ſunt 1) vel *ſicca*, quae ex cineribus, ſalibus, arena, ſegmentis coriariis &c. parantur. 2) vel *humida.*
5. *Humida* ſunt 1) vel *naturalia*, quae thermae vocantur, & de quibus h. l. non agimus, 2) vel *artificialia.*
6. Balnea *humida artificialia* ſunt
 1) vel *vaporoſa*, quando vapor tantum ex decocto quodam corpori admittitur, vt diaphoreſis hac ratione excitetur. Huc praecipue pertinet ciſta illa, quae *ſtupha Laconica*, Germ. der Schwitz-Kaſten adpellatur, cui patientes nudo corpore inſident, & deinde vel 🜅. accenſum, vel decoctum quoddam, praecipue antiuenereum, lapidibus candentibus adfuſum, adhibent, vt vapor ſuperficiem corporis attingat.
 2) Vel *aquea*, quae ſine peculiari artificio parari ſolent ex ſimpliciſſimis ſpeciebus ſic dictis domeſticis, nempe ex emol-

emollientibus, reſoluentibus & neruinis.

*II. VSVS.*

1. Balneorum vſus medicus non exiguus eſt, quoniam autem multae ambages, quas praeparatio & adplicatio requirunt, multos patientes ab iisdem detinent, pauciores tantum vtilitatem inde capiunt, nempe illi, qui famulitio ſuo praeparationem tradere poſſunt.

2. Maximus eorum vſus redundat in corpora illa, quae *obſtipationibus viſcerum & glandularum abdominis, motibus ſpaſticis, contracturis & ariduris occupata ſunt.*

3. Obſeruandum autem eſt, quod tam vniuerſaliorum, quam particulariorum balneorum adplicatio debeat eſſe *tepida:* Calida enim nocet.

4. Praeterea *aluus* ante illorum vſum aperta eſſe debet.

*III. FORMVLAE.*

1. *Balneum emolliens.*

℞. Rad. alth.
lilior. alb. ana ℥ij
Herb. s. emollient. { malu. alth. violar. ☿ial. pariet. } ana Miij.
Flor. chamomill.
lilior. alb. ana Mij
Coq. in s. q. ▽. ſ. f. balneum.

†

2. *Balneum reſoluens & diſcutiens.*

℞. Rad. ariſtoloch. rot.
valerian.
bryon.
helen. ana ℥j
Herb. puleg.
artemiſ. rubr.
matricar.
meliſſ. ana Mij
Flor. melilot.
ſambuc.
roſ. rubr. ana Mj
Sem. lini.
fœn. græc. ana ℥ß
Bacc. iunip.
laur. ana ℥j
Inc. cont. includ. ſacculo coq. in ▽. ſ. q. s. pro balneo.

†

3. *Balneum abſtergens in ſcabie.*

℞. Rad. lapath. acut.
bardan. ana ℥ij
Herb. ſaponar.
fumar.
nicotian.
chelidon. ana Mj
ciner. fag. Miv.
Coq. in ſ. q. ▽. ſ. pro balneo.

†

4. *Species pro balneo in fluore albo ſimplice.*

℞. Herb. chamomill.
roriſmar.
ſalu.
origan.
puleg.
pol. montan. ana Miv.
Coq. in ſ. q. ▽. ſ.

†

5. *Species pro balneo ad foetum mort. expellendum.*

℞. Rad. lil. alb.
ariſtoloch. rot. ana ℥ij

 Herb.

Herb. malu.
rorismar.
puleg. ana Mij
flor. chamomill.
cheir. ana Piij
ſem. lin.
bacc. laur. ana ℥j
Inc. cont. M. pro balneo.

# TABVLA XVI. DE TOPICIS, SEV EPITHEMATIBVS IN GENERE.

*I. DEFINITIO.*

SVnt remedia externa, quae certo cuidam corporis loco, pro ſcopo modo leniente, modo diſcutiente, modo roborante &c. adplicantur. Deriuatur a τόπος, locus; it. ab ἐπὶ & τίθημι, ſuper impono.

*II. DIFFERENTIA.*

Ad topica remedia ſequentia referuntur:

I. *Fomenta* ſeu *fotus*, a fouendo. Hiſce enim diuerſae corporis partes fouentur. Germ. Bähungen. Varia autem dantur fomenta.

1) *Fotus vaporoſus*, quando vapor & ſuffitus decocti alicuius ad partem adfectam admittitur. Analogiam habet cum balneo vaporoſo. Huc etiam referri poſſunt ſuffitus, ſeu ſuffimenta illa, quorum ſpecies carbonibus iniiciuntur, vt vapor illarum excipiatur.

2) *Fotus humidus*, quando liquorem quemdam calidum ſpongia vel linteaminibus excipimus, atque illa adfecto loco imponimus & ſaepius repetimus.

3) *Fotus ſiccus*, quando ſpecies quaedam ſine coctione, ſacculo incluſae, adplicantur. Dicuntur etiam *epithemata ſicca*, ſeu *ſacculi ſicci*.

4) Quando capiti imponuntur, *cucuphae*, Kräuter-Mützgen audiunt.

5) *Hydroleon*, quando fomentum ex oleis emollientibus paratur.

6) Locum praecipue habent fomenta in ſtagnationibus, ſtaſibus, tumoribus &c. e. g. in otalgia, (in qua mediante infundibulo vapor admitti ſolet) ophthalmia, haemorrhoidibus caecis, menſium ataxia, infarctu hepatis, lienis, ariditra & adfectibus paralyticis.

7) Pa-

7) Parantur fotus ex vegetabilibus, indicationi noſtrae conuenientibus.

8) Pro indicationis huius varietate variat etiam liquor, in quo ſpecies coquuntur, ita vt modo ▽.s. modo vinum, modo lac, modo acetum adſumatur.

2. *Cataplaſmata*, Germ. Umſchläge vocant, & nonnumquam epitheton addunt: breyichte Umſchläge, habent enim pulmenti conſiſtentiam.

1) Vſum habent frequentem apud chirurgos, a quibus ad tumores inflammatorios & ſcirrhoſos, item ad contracturas, ariduras &c. adhibentur. Immo, præter ſcopum hunc emollientem, maturantem & diſcutientem, laxante, rubefaciente, veſicante & anodyno fine ſubinde parantur.

2) Pro ſcopi huius varietate variant ſpecies & liquores.

3) Ad cataplasmata etiam referuntur domeſtica illa, quae e cruſta panis & admixtis oleoſis balſamicis, aromatibus ♃iſatis &c. ex tempore quaſi parantur, & modo ventriculo, ſub denominatione *ſcuti ſtomachalis*, modo grauidarum regioni hypogaſtricae, cum additione decantati balſami embryonis, imponuntur.

4) Reliqua ex ipſis formulis eluceſcent.

3. *Emplaſtra*.

De his *tab. chirurg.* IV. diximus.

4. *Linimenta*.

5. *Vnguenta*.

6. *Balſama*.

Haec tria topica, vti nullam habent conuenientiam, ita differunt gradu conſiſtentiae. Linimenta enim fluidiorem, balſama ſolidiorem, vnguenta mediam inter haec habent conſiſtentiam.

1) *Linimenta* parantur vel ſimpliciter ex oleis infuſis & expresſis, cum additione modicae portionis oleorum deſtillatorum, vel ex mixtione vnguenti alicuius cum oleis talibus & momento camphorae, vel oleis expresſis modicum ſebi aut cerae admiſcetur.

2) *Vnguenta* rarius ex tempore praeſcribuntur.

3) *Balſama* parantur ex oleis ſuaueolentibus, ſufficiente quantitate olei nuciſtae, vel alius conuenientis excipientis, quibus moſchus, ambra, zibeth, vel adduntur, vel, ſi ſubiecta horum odorum perferre non poſſunt, omittuntur. Nonnumquam caſtorina, crocata vel ſuccinata adduntur.

4) *Linimenta* & *vnguenta*, niſi ex penetrantibus ingredientibus parata ſint, inertis ſunt efficaciae.

5) *Balſama* pro ſcopo roborante & neruino praecipue ordinantur.

6) Reliqua ex formulis petantur.

7. *Collyria.*

Collyria hodierno ſenſu ſumta, (olim enim peſſos, turundas, praecipue denotabant) ſunt remedia, quae oculis adplicantur, eaque duplicis conſiſtentiae:

1) Alia enim ſunt *liquida*, quae guttatim inſtillantur, e. g. ▽ae opthalmicae, linimenta.

2) Alia ſunt *ſicca* ſeu *ſolida*, barbara voce *ſief* dicuntur.

3) *Sicca* fiunt

a) ex cadmia, tutia, pomphol. nihil. alb. pro ſcopo leniter conſtringente & exſiccante.

b) Ex ſaccharo, ☿io dulci, legitime praeparato, pro ſcopo abſtergente & leniter ſeptico.

c) Tales ♉es ſubtiliſſime laevigatos alcohol vocant. Sed haec conſiſtentia vtut ſubtilisſima, vellicat tamen nonnihil oculos.

d) Compinguntur in trochiſcos, mediante modico gummi tragacanth. vel albumin. ou. & deinde ▽. quadam ophthalmica, e. g. roſar. euphras. chelidon. mai. flor. cyan. calcatripp. fœnic. reſoluuntur.

4) *Liquida* collyria parantur ex ▽is opthalmicis cum momento ſacchari ♄i, vel ⊕. albi, vel denique cum tenuisſimis ramentis pompholygis, nihili albi &c.

5) *Collyria*, praecipue *fluida*, variant adplicatione. Alia enim in ipſum oculum immittuntur, alia peripheriae illius extrinſecus illinuntur, alia tam ipſi oculo inſtillantur, quam eidem imponuntur.

6) *Pinguia*, quando oculis immittenda praeſcribuntur, debent eſſe recentia, antiqua enim ſunt acria, & hinc ſenſibilia.

8. *Suppoſitoria*, Germ. Stuhl-Zäpfgen. De his tab. chirurg. LXXIV. actum eſt.

## III. FORMVLAE.

### A. *Fomentorum* ſeu *fotuum* & *ſuffituum.*

1. *Fotus vaporoſus.*

℞. Rad. alth.
lil. alb. ana ℥j
Herb. malu.
melilot.
branc. vrſin.
☿ial. ana Mj.
flor. chamomill.
ſem. fœn. gr.
lini ana ℥ij

Inc. contus. coq. ▽. ſ. admou. vapor ter per diem.

†

2. *Suffimigium vterinum.*

℞. Rad. galang. ℥ß
fol. ſabin. Mß
flor. calend. Pij
macis.

lign.

lign. aloës ana ℈ij
trochiſc. alhand. ℈j
M. iniic. carbon. & fumus excipiatur.

†

3. *Suffitus in melancholia hyſterica.*

℞. Fell. carpion.
maſtich. ana
ſem. milii ℥j
flor. ſambuc.
hyperic. ana Mj.
ſacch. alb. ℥iv.
Incis. contus. M. d. ad ch.
S. Räucher=Pulver.

†

4. *Suffitus ad ſaliuationem particularem.*

℞. Fol. nicot. Mij
Herb. rorismar.
ſalu.
maioran. ana Mß
Flor. tunic.
roſar.
lauendul.
lil. conuall ana Pij
cort. caſcar. ℈j
ſem. anis. ʒij.
Incis. contus. M. adſpergantur c. eſſent. ſtorac. calamit. d. ad chart.
S. Kräuter=Taback.

†

5. *Suffitus neruinus in ▢ae incontinentia.*

℞. Rad. cyper. rot.
angelic.
caryophyllat. ana ʒß
Herb. puleg.
maioran.
ſerpill. ana Mß
Gumm. maſtich.
tur.
ſtorac. calamit. ana ʒj
M. f. 🜔. groſſus.

†

6. *Alius neruinus & adſtringens in procidentia ani & vteri.*

℞. Gumm. ſuccin.
tacamahac.
ſarcocoll.
ſangu. dracon. ana ʒij
Flor. roſar. rubr.
lauendul.
cort. cinnam.
caryophyllor.
N. moſch. ana ʒß
croc. orient. ℈ß.
M. f. 🜔. d. ad chart.

†

7. *Fotus humidus emolliens.*

℞. Rad. alth.
liquirit.
lilior. alb. ana ℥ß
Herb. malu.
tusſilag.
ſcabios. ana Mß
Flor. violar.
chamomill.
papau. rh. ana Pj
Sem. foen. graec.
lini ana ʒj
Coq. ▽. f. excip. liq. lint. & imponatur.

†

8. *Alius fotus humidus, reſoluens & diſcutiens.*

℞. Rad. ſigill. Salom.
irid. Florent.
angelic.

angelic.
caryophyll. ana ℥ß
Herb. chamœdr.
chamaepit.
origan.
ſerpill. ana Mß
Flor. chamomill.
calendul.
ſtoech. Arab. ana Pj
Sem. dauc.
fœnic. ana ʒij.
Inc. contus. includ. ſacculis, vino calido imbutis, & adplic.

†

9. *Alius fotus humidus adſtringens.*

℞. Rad. ſymph. mai.
tormentill.
biſtort. ana ℥ß
Herb. alchymill.
pyrol.
millefol. ana Mß
Flor. balauſt.
roſar. rubr. ana Pij
gallor. vnc. ſemis.
Incis. contus. gr. mod. coq. c. vin. rubr. vel ▽. ferrarior. calide adplicandus.

†

10. *Epithema anodynum & diſcutiens.*

℞. Theriac. *Andromach.* ʒj
ſuccin. pp. ʒß
camph. ℈ß
croc. orient. gr. vi.
Diſſ. in ▽. Hungar. & med. linteamentis impone.

†

11. *Fotus ſeu ſacculus ſiccus reſolvens & diſcutiens.*

℞. Rad. irid. Florent.
ariſtoloch. rot.
caryophyllat.
bryon.
ſigill. Salom. ana ℥ß
Herb. adianth. alb.
marrub. alb.
cuſcut.
chaerefol.
menth. criſp. ana Mß
Flor. ſambuc.
chamomill.
roſar. rubr. ana Pj.
Sem. foenicul.
caru. ana ʒij
gumm. camphor. ℥ß
Conc. contus. includ. ſacculis, calide imponendis & ▽ᶜ. camph. ſubinde irrorandis.

†

12. *Alius talis.*

℞. Rad. pimp. alb.
valerian.
vincetox. ana ℥ß
Herb. chamaedr.
chamaepit.
ſerpill. ana Mß
Flor. calendul.
ſtoech. Arab. ana Pj
farin. auen. Mj
camph. vnc. ſemis.
M.

†

13. *Alius in cephalaea &c.*

℞. Rad. Rhod.
calam. aromat.
valerian. ana vnc. j.
Herb. verben.
betonic.
origan.

origan.
pulegi. ana Mß
Flor. lauendul.
ſalu.
lil. conuall. ana Pj
Sem. aneth.
caru. ana ʒij
Gumm. camph. ʒß
M. vt ſupra.

†

14. *Species pro cucuphis in adfect. ſoporoſis & paralyt.*
℞. Herb. roriſmar.
maioran.
hyſſop.
ſalu.
lauendul. ana Mß
Flor. anthos.
lauendul.
cheir.
melilot. ana Pij
Storac. calamit.
benz. ana ʒj
Bacc. laur.
iuniper.
Sem. ſinap. ana ʒij.
Incis. contus. includ. ſaccul.

†

15. *Sacculus ſtomachicus.*
℞. Rad. acor.
zedoar.
galang.
gentian. rubr. ana ʒij
Herb. abſinth.
menth. criſp.
meliſſ.
rut. ana Mß.
Sem. caru.
anis. ana ʒij.

Incis. contus. irror. 🜄. deſtillat. menth. criſp. foenicul. cort. citr. ana gr. vj. includ. ſacculis.

B. *Cataplaſmatum.*

1. *Cataplaſma emolliens.*
℞. Rad. alth.
lilior. alb. ana ℥ij
liquirit. ℥j
Herb. 5. emoll. { malu. alth. violar. ☿ial. parietar. } ana Mß
Flor. chamomill.
verbaſc.
melilot.
linar. ana Pij.
Coq. in ſ. q. lact. vaccin. ad conſiſtentiam cataplaſmat.
Pulp. traiect. add.
🜍. ſem. lin. ℥ij
🜄. chamomill.
lilior. alb. ana ℥ß.
M.

†

2. *Aliud emolliens & dolores ſedans.*
℞. Mic. pan. albiſſ. ℥iv
coq. in lact. vaccin. q. s. ad conſiſtent. cataplaſm. add.
vitell. ouor. no. iij.
croc. ʒij
🜄. ſcorpion. ℥ß. M.

†

3. *Aliud.*
℞. Cepar. contus. no. iij
butyr. rec. ℥ij
axung. capon. ℥j
🜍. ſem.

O

℥. ſem. fœn. graec.
lini ana ℥j
pulp. caric. pingu. ℥ij
croc. ℈j
Coq. in ol. oliu. q. s. ad form. cataplasm. d. ad fictil. S. Hievon warm aufzulegen, um die ſuppuration zu befördern.

†

4. *Cataplaſma reſolvens, ad ſcirrbos.*
℞. Farin. hord.
auen. ana ℥ij
ſterc. caprill. ℥iij
Flor. chamomill.
melilot. ana Mß
Coq. cum ſ. q. lixiuii ad formam cataplasm. Add.
℥. fœnicul. ℥ij
M. adplicetur.

†

5. *Aliud reſoluens in oedemate.*
℞. Rad. chelidon. mai.
bryon. rec.
irid. florent. ana ℥vj
Herb. bardan. mai.
ſed. vermicul. ana Mj
Inc. cont. coq. c. ▽. ſ. ad mollitiem, & deinde irrorentur ♁i, ac calide adplicentur.

†

6. *Cataplaſma rubefaciens.*
℞. Rad. pyrethr.
ſem. ſinap.
naſturt. ana ℥j
Herb. rut.
lupul. rec. ana Mj
c. ✠. & fermento acerrimo f. cataplasm. plantis pedum aliquoties adplicandum.

†

7. *Cataplaſma ſtomachale.*
℞. Cruſt. pan. madefiat in vin. rubr. e ilefacto, adſperg.
℥. cinnam.
piper.
caryophyllor. ana ℥ß
℥. fœnic.
N. M. ana ℈j
Calide imponatur.

†

8. *Cataplaſma pro grauidis & parturientibus.*
℞. Pan. mellit. vel alium, diſſect. madefiat in vna regione cum balſam. embryon. vel vin. generoſ. adſperg.
℥. cinnamom.
N. moſch.
caryophyll.
macis ana ℥ß
Adplicetur tepide.

†

9. *Cataplaſma ad foetum mortuum.*
℞. Medull. colocynth.
ſucc. colocynth. virid. ana ℥j
ſuccin. ℥iij
myrrh. ℥ij
℥. caſtor.
rut. ana ℥j
Coq. ad ſucci conſumtionem.

C. *Emplaſtrorum.*

1. *Emplaſtr. emolliens & diſcutiens.*
℞. Empl. de melilot.
ſperm. ran. ana ℥ß
Malax. c. ♁. camphorat. q. s. extend. ſuper alutam.

2. *Ali-*

†

2 *Aliud.*

℞. Emplaſtr. de ammon.
cicut.
hioſc. ana ℥ß
Malax. c 🝆. cappar.
chaerefol ana
q. s.

†

3. *Aliud.*

℞. Emplaſtr. de galban.
tacamahac.
ſapon. *Barbette.*
Malax. c. ∇. camphorat.

†

4. *Aliud.*

℞. Empl. diachyl. ſ.
Gumm. ✱ci, +to ſolut. & inſpiſſ.
galban.
ſucc. cicut. ana ℥ß
M. f. empl.

†

5. *Emplaſtrum maturans.*

℞. Empl. de ſperm. cet.
diachyl. c. gumm.
ana ℥ß
Malax. c. 🝆. ouor.

†

6. *Sparadrapum emolliens.*

℞. Seu. hircin. vnc. ſemis.
cer. virg. ʒij
🝆 chaerefol. ʒiij.
Liquefactis intingatur linteum & adplicetur.

†

7. *Emplaſtr. neruinum.*

℞. Empl. e galban. ℥j.
Malax. c. 🝆. ſcarab. q. s.
add. camph. ℈j
M. impon. ceruici.

†

8. *Empl. roborans ſtomachale.*

℞. Empl. de cruſt. pan. ℥j
tacamahac. ℥ß
Malax. c. balſ. Peruv. q. s.
Induc. ſup. alutam, irroretur 🝆. caryophyll.
N. M. ana gtt. vj.

†

9. *Aliud.*

℞. Empl. ſtomach. *Crat.* ℥j
neruin. *Vigon.*
oxycroc. ana ℥ß
🝆. aneth. q. s. add.
camph. ℈j
M. f. *ſcutum ſtomachale.*

†

10. *Emplaſtrum emmenagogum.*

℞. Empl. matrical. de galb. ℥j
galban. +to ſolut. & ad pultis conſiſtentiam redact. ʒß.
Extract. caſtor.
croc ana ʒij
Malax. c. 🝆. ſuccin.
ſpic.
cheirin. ana
q. s.
Induc. ſuper alutam, & regioni vteri vel vmbilico calide imponatur.

D. *Linimentorum.*

1. *Linimentum emolliens ad partum facilitandum.*

℞. 🝆 amygdal. dulc.
lilior. alb.
cappar.
laur. ana ʒij
axung. anſerin.
gallin. ana ʒj
M.

2. *Aliud.*

†

2) *Aliud.*

℞. Vnguent. dialth.
axung. human. ana ʒiij
🜊. verbaſc.
lumbric. 🜃ſtr.
ouor.
vulpin. ana ʒiß.
M.

†

3. *Linimentum diureticum.*

℞. Vnguent. de alth. ʒvj
🜊 ſcorpion.
petrol alb. ana ʒiij
aneth. ʒiß
anis. deſtillat. ʒß
M. adplicetur calide regioni renum, pectini & perinaeo.

†

4. *Linimentum carminatiuum.*

℞. 🜊. abſinth.
N. M. expreſſ.
menth. criſp.
matricar.
caſtor. ana ʒij
deſtillat. cort. ☉nt.
caru. ana ℈j
M. vngatur calide abdomen in *colica, flatibus, doloribus poſt partum.*

†

5. *Linimentum anthelminticum.*

℞. Vnguent. de arthanit. ℥ß
fell. taur. inſpiſſ. ℈ij
🜊. colocynth. q. s. vt fiat linimentum.

†

6. *Liniment. abſtergens & conſolidans.*

℞. Liquam. myrrh. e vitell. ouor. conquaſſat. ʒij
🜊. philoſoph.
cer.
ouor.
lumbr. 🜃ſtr. ana ʒj.
M.

†

7. *Linimentum ſepticum Sydenham. ad vlcera venerea.*

℞. Vnguent. baſilic. ʒvj
nicotian. ʒij
☿. præcipitat. 🜄. roſar. lot. & opt. laeuigat. ʒß
M. adplic. c. lint. raſis.

†

8. *Linimentum ad gingiuas.*

℞. Mell. roſar. ℥j
ſucc. cochlear. ʒij
N. M. ʒiß
liq. myrrh. ʒj
M.

†

9. *Liniment. abſtergens & ſiccans.*

℞. Lytharg.
ceruſſ. ana ʒij
f. c. ſ. q. 🜊. ouor. linimentum.

†

10. *Aliud abſtergens.*

℞. Vnguent. c. min. camph. ℥ß
liquam. myrrh. ʒij
balſam. Peruv. ℈ß
M.

†

11. *Linimentum antiſpaſticum.*

℞. Vnguent. alabaſtrin. ʒiij
anodyn.
🜊 expreſſ. nucl. perſic.
papau. ana ʒß
hyoſcyam. ℈j
M.

12. *Lini-*

†

12. *Linimentum antipodagricum.*
℞. Sapon. Venet. ℥ij
camph. ʒij
ſolv. in ſ. q. 🜈. Add.
-Ω-⊖✱ci ℥ß.
M. & adplic. calide.

†

13. *Linimentum paregoricum & diſcutiens.*
℞. 🝆. lumbr. 🜃ſtr.
verbaſc. ana ℥ß
laurin. ʒij
deſtillat. fœnic. ʒß
Gumm. camph. ℈j
M.

†

14. *Linimentum ad haemorrhoid. coecas.*
℞. Rad. irid. Florent.
ſem. pſyll.
cydon. ana ℥ß
f. c. ▽. roſar. mucilago. Add.
vitell. ouor. no. j.
tinct. opii. ʒj
camph. ℈j.
M.

†

15. *Aliud.*
℞. Cancr. fluv. rec. no. xii.
Contuſ. coq. in butyr. rec.
q. s. Colat. add.
🝆. verbaſc. tertiam part.

†

16. *Linimentum ſtomachicum.*
℞. 🝆. ſtomach. *Crat.* ℥ß
N. M. expr. ʒj
deſtillat. menth. criſp.
caru.
abſinth. ana ℈j
caryophyllor.
macis ana gtt. v.
balſam. Peruv. ℈j
M. inungat. ſcrobic. cord.

†

17. *Linimentum neruinum.*
℞. Axung. caſtor. ʒj
balſ. Peruv. ʒß
zibeth. gr. xii.
moſch. gr. viii.
ambr. gr. iv.
🝆. deſtillat. caryophill. gtt. xii.
cinnamom. gtt. vi.
M.

†

18. *Linimentum in dentitione difficili.*
℞. Sem. pſyll.
cydon. ana ℥ß
extrah. c. ▽. malu. q. s.
f. mucilago.
Add. cuiuis vnciae mucilaginis.
🝆. verbaſc. ʒj. M.

E. *Vnguentorum.*

1. *Vnguentum emolliens.*
℞. Vnguent. dialth. ℥j
pingued. hum. ℥ß
🝆. ſcorpion.
petrol. ana ʒij
cappar.
laurin. ana ʒj
M. adplicetur calide.

†

2. *Aliud pro vnguibus oculorum.*
℞. Pingued. aſc. piſc. rec.
viperar. ana ʒij
🝆. rutac. ʒß
M. applic. guttatim.

†

3. *Aliud in dyſtocia.*
℞. Vnguent. dialth. ℥j
axung. anſerin. ℥ß
♁. chamomill.
lil. alb.
verbaſc. ana ʒij
M.

†

4. *Aliud emolliens ad gingiuas infantum.*
℞. Pingu. gallin.
lepor. ana ʒij
mell. rec.
♁. amygdal. dulc.
lil. alb. ana ʒj
M.

†

5. *Emolliens in atroph. & ſcirrhoſis adfectibus.*
℞. Gumm. ✱ci, ✝to ſolut. & inſpiſſ. ℥j
aloës gummatos.
terebinth. ana ℥ß.
ſeu. ceruin.
butyr. rec. ana q. s.
M. f. vnguent. abdom. calid. adpl.

†

6. *Vnguent. ad dyſuriam.*
℞. Vnguent. dialth.
martial.
agrippin. ana ℥ß
♁. laurin.
aneth. ana ʒiij.
deſtillat. foenic. ʒj
M. pectini & perinaeo calide adplicetur.

†

7. *Vnguentum ophthalmicum.*
℞. Tut. ppt. ℥j
corall. rubr. ppt.
camphor.
ſacchar. ſaturn. ana ʒß
nihil. alb. ʒij
virid. aer. g. xii.
M. f. c. butyr. maial. illot. ℥iv vnguentum.

†

8. *Vnguentum digeſtiuum in laeſionibus exſanguibus.*
℞. Terebinth. ℥j
maſtich.
oliban.
elem. ana ℈iv.
mell. ℥ß
vitell. ouor. no. ii.
M. f. l. a. vnguentum.

†

9. *Vnguentum digeſtiuum in part. ſanguin. laeſ.*
℞. Mell. ℥j
terebinth.
myrrh. rubr. ʒij
vitell. ouor. no. ii.
M.

†

10. *Vnguentum ad ſcabiem & ſaliuationem.*
℞. ☿. viu.
ſaturn. ana ℥ß
f. aaa. Add.
terr. tripol. ʒij.
ſubigantur c. ſ. q. vnguent. roſac.

†

11. *Aliud.*
℞. Axung. porcin. ℥j
☿. viu. ʒß.
M.

12. *Vnguentum Foreſti ad achores.*
℞. Vitell. ouor. ad duritiem coct. No. XVI.
myrrh. ℥j
rad. ari ℥ß
ellebor. nigr. gr. IV.
Coq. in ferrea ſartagine absque flamma, donec ſpumam emittant, tum exprime 🜖. denuo coque & exprime, donec ſpumam non amplius emittat, poſt ea feces abiiciantur, & oleum in vaſe clauſo ſeruetur.

†

13. *Vnguentum in impetigine benigna.*
℞. 🜖. ♀i per deliq. ℥ij
☿. dulc. ℥ß.
Subigantur c. ſ. q. vnguent. pomat. d. ad fictil.

†

14. *Vnguentum ad fiſſuras mammarum.*
℞. Ungt. c. min. camph. ℥j
decoct. flor. calendul. mediante butyr. rec. ℥ß
🜖. ♀i per deliq. ℥ij
M.

†

15. *Vnguentum emmenagogum & ad partum.*
℞. Vnguent. dialth. ℥j
axung. anſerin. ℥ij
ſerpent. ℥j
croc. ℥ß
🜖. deſtill. ſpic.
ſabin. ana gtt. VI.
M. adplic. regioni vteri & vmbilici.

†

16) *Vnguentum antiſpasmodicum.*
℞. Vngu. alabaſtr. ℥j
populeon. ℥ß
anodyn. ℥ij
🜖. nucl. perſic.
menth. criſp.
hyoſcyam. ana ℈ij
op. in 🜅. ſolut. ℥ß
camph. ℈j
croc. orient. ℈ß
M. ſ. vngu. fronti & temporibus adplicandum.

F. *Balſamorum.*

1. *Balſamum ſtomachicum & carminatiuum.*
℞. 🜖. N. M. expr. ℥ß
deſtill. menth. criſp.
aneth.
tacamahac.
abſinth.
rut. ana ℈ß
citr.
caryophyl. ana gtt. IV.
balſam. Peruv. ℈j. M.

†

2. *Balſamum apoplecticum.*
℞. 🜖. N. M. expr. ℥j
deſtill. lauendul.
maioran.
caryophyllor.
cubebar.
cardamom.
citr. rec. ana ℈j
macis. ℈ij
cinnam. gtt. XXIV.
rut.
ſucc. alb. ana ℈ß.
M.

G. *Col-*

G. *Collyriorum.*

1. ℞. ▽. flor. cyan.
euphras.
calcatripp.
chelidon. mai. ana ʒj
⊕l. alb.
ſacch. ♄ni ana gr. vi.
filtr. & guttatim ter per ♌. inſtill.

†

2. *Aliud.*
℞. ▽. foenicul.
plantag.
roſar. ana ℥ß
⦶. depur. ℈j
M. adplicetur tepide guttatim.

†

3. *Aliud acrius.*
℞. ▽. chelidon. mai. ℥j
croc. metallor. ſubtiliſſ. 古iſat. & edulcorat. gr. vi.
aloës hepatic.
⊕l. alb. ana gr. iii.
M.

H. *Suppoſitoriorum.*

1. *Suppoſitorium anthelminticum.*
℞. Aloës.
myrrh.
ſell. taur. inſpiſſ. ana ʒj
extr. tanaceth.
abſinth. ana ℈j
M. f. c. s. q. mell. ſuppoſitor.

†

2. *Suppoſitorium ad haemorrhoides prouocandas.*
℞. 古. ialapp. ℈j
extr. ellebor. n. ℈ß
mell. deſpum. q. s.
M. ad ſuppoſitorium.

†

3. *Suppoſitorium ſtimulans & excitans.*
℞. Spec. hier. picr. ʒj
古. agaric.
colocynth. ana ʒß.
ſcammon. ℈ß
f. c. ſ. q. mell. ſuppoſitorium.

4. *Lenia ſuppoſitoria* ſunt globuli, ex ſaccharo moſchati, vel ex ſapone, ſimpliciter confecti.

NB.

Suppoſitoria tantum in *motum* agunt, non in *materiam*, hinc circumſpecte adhibenda, quia ſaepius, praecipue in *infantibus*, *conuulſiones cauſſari* poſſunt.

